

tem suo munere perfunguntur, nihilque sua ipsi conscientia exprobrabit, si eger e vita decesserit. Hunc nobis proponere finem debemus proximum corripentes.

Quando & quomodo corrigenda.

Prohibuit Deus, ne temere de proximorum factis iudicium ferremus, vel ne ulla nobis suspicio incederet nequitiæ eorum, cum, quæ ab ipsis fiunt, palam nefaria non sint. Vetus etiam explicite, ne obloqueremur, neque aliis ea detegeremus mala, quæ icimus, ubi secreta, & abscondita sunt: sed voluit, ut de peccatis redarguerentur, ubi nostris illa acciderent auribus; & ut leniter admonerentur, primum quidem seorsim ad evitandum ruborem, quo palam suffunderentur; deinde, si nullus ex admonitoribus fructus perciperetur, ut coram uno, vel duobus testibus acrius increparetur, ut melius suam errorem cognoscere: ac tandem Ecclesiæ toti deserentur, ut per salutarem confusionem istam sese tandem colligerent. Sin autem hæc omnia in irritum cederent, nihilque correptionibus proficeretur, iussit eos tamquam Ethnicos, & Publicanos haberi, omnemque cum ipsis tolli necessitudinem. Hoc nobis ore proprio præceptum irrogavit JESUS CHRISTUS, & hoc ipse etiam pluribus in occasionebus exercuit. Urinum præceptum hoc servaretur hodie cum eadem severitate, & libertate, qua primis Ecclesiæ sculis, immo etiam in veteri Lege servabatur. Vitium, quod hodierna die impure graffatur, prodiit minime auderet, & cum modo tantam sese efferat insolentiam, timeret, & expaveret; tunc enim haberet censors, & iudices, quos spectatores, quorum notam, & reprehensionem formidaret.

Non petitur ex nobis omnino, ut in proximo scelus cursum inhibeamus; sepe enim mali vis vehementior est ipsi remediis: sed quemadmodum loquitur S. Bernardus lib. de Consid. *exigeris curam, non caritatem.* Tenemur solum proximi curam gerere, & malo supremum reprehensionis remedium applicare, quæ si in proximo effectum non obtinuerit, obinebit in nobis; ita enim perfungamur munere charitatis, quam proximo nostro præstare solemus. Ita Dei Filius de hujus remedii successu sub conditione tantummodo loquitur. *Si te audiverit, lucratus eris fratrem suum:* Matth. 18. Si te audiverit, si intellexerit utilitatem tuam, si quem debet, fructum perciperit ex ammonitionibus tuis, verus eris ejusdem amicus, & melius, & quodammodo etiam Salvator. Sed quomodocumque res cessura sit, maximum charitatis munus obibimus, & quemadmodum nihil nobis esse debet antiquius, quam fratrum salutem proficere: nihil est etiam, quod magis timere debeamus quam ne causam præbeamus illius damnationi, & excidio seu eandem impellentes in scelus pravo exemplo, seu minime prohibentes, ne cadat, illum non corripiendo, atque admonendo. Utroque modo terribiles illas subimus minas, quas intendit Deus per Prophetam suum illis, qui causaverint interitus fratris sui. *Ille quidem in iniquitate sua captus est; sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram.* Ezech. 33.

Hujus præcepti necessitas.

Fratris corrigendi, & de peccato tuo corripiendi præceptum summa necessitatis non esse nequit, constituit enim partem præcepti charitatis, quod Deus præceptum suum antonomastice appellat. *Hoc est præceptum meum; ut diligatis invicem.* Joann. 13. Quemadmodum vero ex Apostoli sententia cætera legis præcepta hoc uno complexus est Deus; asserere possumus, hunc unum charitatis actum, quem erga proximum exerceamus illum corripientes; eminenter alios quoslibet continere; quod illum ex maximo malorum omnium, quod est peccatum, educimus; illi maximum honorum omnium quod est salutem æternam, procuramus; illi in necessitate omnium gravissima optulamur; illi saluberrimum consiliorum omnium tribuimus, ac tandem amplissimum omnium beneficiorum conferimus. Itaque JESU CHRISTO hæc actio charitatis adeo cordi fuit, ut licet in præcepto generali contineretur, eam peculiariter præcipere voluit hoc explicito mandato: *Si peccaverit in te frater tuus: vade, & corripe eum.* Matth. 18.

Fraterna correctio, quatenus actus est charitatis, non solum ab hominibus exerceri potest, verum etiam cum omnibus, qui deliquerunt, qui vitio alicui sunt obnoxii, vel qui scandalum attulerunt; attamen ista correctio aliter, aliterque institienda est pro statu, & qualitate eorum, qui corripiunt, vel corripiuntur. Etenim primo qua fieri potest ab inferiorem ad superiorem, vel ad eum qui nos aut

dignitate, aut nobilitate superat, esse debet, ex Divi Thomæ sententia, cum quadam reverentia, suavitate, & modesta conjuncta, atque his verbis, quæ palam offendant, nos status nostri nequaquam oblitos, sed zelum salutis ejus, vel fidem, quam illi debemus, & quam ipse alias in nobis expertus est, nos in eam spem indixisse futurum, ut æquo patretur animo, si veritas tibi a nobis diceretur. Correptio deinde subsidiaria, æque sincera esse debet, atque modesta. Hæc sunt Divi Thomæ verba: *Ut scilicet, non cum protervia, & duritia, sed cum mansuetudine corrigantur, unde Apostolus dicit: Sententiam ne increpaveris, sed obsecra ut Patrem, r. ad Timoth. 3.* Secundo cum paribus minus caute, magisque audent agendum; cumque aequalitas ad audendum majorem præbeat gratiam, liberius est instituenda correctio; licet semper hæc ut debeamus circumspectione, ut apertur personarum ingenio, amicitia, vel necessitudine, qua interesse potest, & scelerum qualitati, quibus obnoxii sunt. Tertio, cum inferioribus, satis patet Superiori utendum esse auctoritate sua non solum ad eos majori vi corripiendos, verum etiam puniendos, ubi necessitas vel; ita tamen ut semper charitas seorsim etiam leniat correctionem, & postquam illi offensæ fuerit criminis gravitas, & notæ ejusdem effectus, intelligant simul, hanc, & paternam esse correctionem, & satisfactionem publico debitam.

Amicum produrus cum illam corrigere veremur.

Qui amicum non audent reprehendere, ne ipsum ledat, atque ut factam eandem cum eo fervet amicitiam, non videt profecto se sanctissimas amicitia, æque, ac charitatis leges infringere manifesta prodicione, qua ipsum interire patitur quod salutari consilio ipsum admonere detrectat: quod aliorum censuris, & irrisivobus obicit, quibus fortasse idem, ac nobis jus est illius monendi, & corripiendi? sed cum sint æque inertes, & timidi, eandem in ipsum infidelitatem committunt. Et tunc hic diliguntis; quamquam præfalaris occasione, ut tuam illi probas amicitiam, si eam nunc offendere non audes in hoc, quod primum zelus esse debet obiectum? Cum ad avertendum maximum fux salutis obicem una tantum vulgare possit vox, una amici admonitio, & lenis correctio, quæ ipsum de miserimo statu, in quem lapsus est educere poterit. Si amicus, quem admoneas, æquus est, habere profecto debet tibi gratias; sin autem iniquus, tua est indigna iunctura.

Si veram erga Deum charitatem habemus, quæ fideles omnes amari debeant, Dei ipsius mentem debemus assequi, quæ profecto est, odisse peccatum, quod ille unice horret, omnem conatum exere ad illud destruendum, nihilque intentatum relinquere prohibitoribus, ne Dei maritas lædatur. Hoc ille prætorat a nobis: idem quemadmodum prohibet, ne peccemus, ita præcipit, ut peccatum corripiamus; nulla enim tutior, suavior, & efficacior est via, vel ad prævertendum scelus, vel ad sceleris progressum inhibendum. In hac igitur occasione præsertim fere præ nobis debemus amorem nostrum erga Deum, atque mundi Salvatorem. Si vere amas eum, qui venit, ut peccata deleteret, audader peccantem corrippe, & redargue. Numquid ignorare potes quantum dedecus Deo peccatum adferat? Heu si hoc tenes, quecicere ne potes, illum contumelia affectum intutus? Si amicum haberes, cui te totum devovisses, ferrene tacitus, ut coram te illius existimationi nota adferretur? ut ille convitiis pateretur, vel domi ejusdem malleolis ignis admoventeretur, quia te ipsam moveres, quia ad ignem conclamares, & quin eum tibi defendendum esse censes? Tu vero, quem Deus amicum vocare dignatur, cui grata gloriosam hanc titulum præbuit, poteris, ut te inspectante dedecore ipse alicuius, in eum ingeratur convitia, ejusque leges, & mandata infringantur? Tu testis es, & spectator, & potes quecicere, quia tu quoque amicitia leges infringas, & indignæ infidelitatis reum te constituas?

Quomodo autem res igitur in proximo corrigentur.

Dei, & proximi nostri utilitati nostra quoque utilitas addenda est, nobis etiam illi peccant, nisi eos corripuerimus, & increpaverimus: *Si peccaverit in te frater tuus,* inquit Evangelium hoc nobis irrogans præceptum. Si peccaverit contra te, huic sensum nonnulli verbis allatis appingunt; sed non id innuere velle Dei Filius mihi videtur. Si enim corripere teneretur, cum lesi fuimus; homines sane, qui nimium injuriis afficiantur, præceptum hoc, quod ipsorum faveret studiis, satis superque adimplerent: eorum queque, exprobrações, sepe etiam

eriam ira, & ultio in occasionebus, enitesceret, ultra quam par esset: & ita pauca scelera correctio ne careret, si noxa nos tantum respiceret. Quamvis alii censat, verba illa *peccaverit in te,* significare velle, *coram te,* quasi nos ipsos offenderent, qui nobis inspectantibus offenderint Deum, quem amare, & cujus honorem nostræ etiam utilitati anteferre debemus. Hæc ipsa de causa nos ipsi peccamus cum aliena patimur peccata, nec equis, & quadrigis admittitur, ut ea prohibeamus. Sensus autem maxime naturalis, quem Sancti Patres huic loco tribunt, hic est, in nos ipsos reipsa peccari, cum coram nobis peccatur in Deum, quia hæc actio esse potest nobis causa peccati, vel propter malum exemplum, quod nobis tribuitur, vel propter imbecillitatem, & ignaviam, quæ peccatum corripimus, vel propter defectum charitatis, quod ostendimus, fratrem non asserentes opem, ut lapsus confurgat, eundem minime redargentes, ut opus est, atque tenemur. Igitur propter propriam utilitatem proximum debemus corrigere, nisi velimus scelus sui fieri participes, & a nobis rationem deposci malorum omnium, quæ ejusdem exemplo parantur. Hoc præcepto si hujus necessitatem ostendit, quod videlicet in hoc ita res agitur nostra, ut Deus a nobis rationem sit expectetur; atque hinc docemur aliquem existimare se divinæ ultioni obnoxium non fore, quia inter sua peccata recenset ea solum, quæ ipse patravit, qui attendat, ut olim Regius Propheta, non desse aliena peccata, quorum a nobis rationem exiger Deus, & quæ nostra sunt, & quod cum possemus, illa non prohibuimus: Satis enim est officio huic deservisse, ut finis nocentes; quamquam fortasse ad hujus articuli necessitatem nunquam appulerimus animum: *Et ab alienis parce servo tuo.* Pl. 18.

Ut corrigere possimus, uti decet, & cum veritate, proximos nostros de ipsorum defectibus; non satis est mero agi zelo, atque charitate urgeri; requiritur ulterius, ut qui corripit, immunis sit a vitiis istidem, quæ reprehendit, atque vituperat. Ita docet etiam S. Thomas, nihil magis efferve correctionem efficere, quam intueri corripientem istidem obnoxium vitiis, quæ corripit. Itaque oportet præsertim boni exempli auctoritatem, atque præclaratam probitatis existimationem; alioquin nihil immensius, nihilque magis ridiculum, & quod magis mereretur coram, qui corripitur, censuram, atque contemptum, quam si nipsi correctione indigeamus. Nihil stultius quam hominem violentum, atque furentem modestia atque patientia præcepta tradere velle, & hominem libidiniosum, & voluptatibus deditum temperantia documenta suis amicis dicere. Nonne hoc est esse alieno contemptu objicere, aliterque auram præbere dicendi, quod est in Evangelio: *Meditare cura te ipsum?* Heus tu, qui aliis mederi contendis, cur non uteris iis pharmacis, quæ aliis propinas? Quod tu metus, nostraque auctoritatis reverentia prohibuerint illos; ne in faciem hæc nobis exprobrant; saltem clam in ludibrium traducant monita nostra nosque cum amicis suis irrideant. Verum si irreprehensibilis fuerimus, correctio nostra cum charitate conjuncta felici eventu carere non poterit.

Ex his, quæ hæctenus dicta sunt, non sequitur, nos prorsus perfectos, & ab omni labe vacuos esse debere, ut vindicare nobis possumus jus alios admonendi, & corripiendi: si enim hoc verum esset, nemo teneretur peccantes corrigere; nemo enim a culpa immunus est. Et si opus esset semper, nos æquiores esse illis, qui in viam justitiæ sunt revocandi, quis citra criminiosam audaciam hanc sibi posset Provinciam deposcere? quandoquidem in communibus erroribus, quos sepe tenemur redarguere, optimus quisque tantum habet infirmitatis, ut similis videatur illis, quos corripit, quapropter præcepto hoc perfungi minime posset, quod nihilominus generale est, omnesque vicissim homines obligat. Sufficit ergo irreprehensibilem vitam ducere bonorumque virorum communem mereri approbationem, ut iure corripiamus vitia, quæ ad cognitionem nostram perveniunt, quin totius humani generis censuram exerceamus.

Correctio ad hoc, ut utilis sit, quamplures habere debet circumstantias, quibus ipsa lenitur. Ea enim accommodanda est ingenio eorum, qui corripuntur, ideoque opus est, eorum studia, infirmiorumque partem agnoscere, ut modo utilitatis, modo gloriæ, & existimationis, modestatis, & dignitatis rationem illis proponamus. Nimis violenta *Hoadry Bibl. Tom. I.*

reprehensio peccatorem exasperare potius potest, quam revocare ad officium, & alia impotente adhibita quocumque effectu carebit. Si elata voce superbum hominem alloquamur, lapis erit super lapidem violenter cadens, ex cuius pavide igne scintillæ emicabunt. Si corripiendus lapsus fuerit, æquum erit, ac facile ex hac ipsa parte ipsum oppugnare, & justum memum ob pravam vivendi rationem eidem injicere: sin autem auctoritate, vel dignitate polleat, blande aditus nobismet aperiendus erit in animum illius; ita ut ipse errata sua cogitat, & contra se damnationis sue proferat sententiam, quod in Davide Propheta Nathan obtinuit: *tu es ille vir* 2. Reg. 12. Zelus enim, & charitas certas aperiunt vias, cum vere nobis fratrum nostrorum salus proposta est.

Non desunt quidam, qui preter communem omnibus fidelibus vitia corripiendi obligationem, ad id peculiari tenentur officio, quod eorum statui, honori, loco, muneri adhzret. Exempli gratia, Pater familias invigilare debet filiorum, servorumque suorum actionibus: ipius interest, eos corrigere cum sese emancipant, & a vera virtutis sanitate aberrant: ad illum pertinet filiorum educatio: ideoque ipsius est eos corrigere, & adolescentia præcipites motus compefcere. Quis enim ignorare potest auctoritatem patriam primam esse, vetustissimam, ac magis naturalem ex omnibus legibus? Ad hæc cum simul sit domi suæ Dominus: nihilque ibi fieri debeat, nisi de mandato ejusdem, ipse rationem redditurus est de servis suis, cum in illos ipsi obtineat prorsus diversum a jure Magistratum, qui potestatem suam non in qualibet occasione, neque proter omnia crimina exerceat. Adhuc etiam nonnulli, qui tenentur curam gerere eorum, quæ Deus illis commisit: illi autem tenentur corripere ea, quæ noverunt flagitia: quia si rationem reddiderint sunt de salute illorum, qui suo subint regimini, noane rationem reddent de eorum sceleribus, quæ saluti ipsorum sunt impedimento? Non desunt alii, quibus profecto adeo explicitum jus non est, sed nihilominus sufficit, ut ad hoc munus expleendum necessario teneantur. Hoc autem jus consistit amicitia. Amicum habes, cuius auribus omnia secreta committis, & qui vicissim sese aperit tibi: intus ergo, & in cute illius flagitiosum vivendi genus, ejusque impudicitiam notis. Tuum est, ipsum amice redarguere, & eadem amicitia, quæ hoc tibi jus tribuit, atque aditum aperit faciliorem, peculiarem etiam tibi injicit obligationem. Alia inquis sunt particularia jura, velut ea, quæ sanguinis proiquitas confert fratribus in fratres, & consanguineorum, quorum interest bona vel mala cognatorum suorum existimatio, quæ loquamur de illis, qui parentum locum obtinent apud eos, in quo parentum obtinent jurisdictionem, quales sunt tutores erga pupillos, Magistri erga discipulos, & Pedagogi erga Nobiles alumnos. Certum est hæc nomina, & officia totidem instituire particulares obligationes corripiendi præter eam, quæ christianis omnibus communis est.

Fraterna correctio, qui præstantissimum quidem est charitatis actus, & cujus tanta necessitas est, plurimas in praxi patitur difficultates, & quo æquius superbia nostræ patitur redargutionem, eo difficius amor proprius viam ad alios corripiendos nanciscitur. Metus illis displicendi, vel eorum odium sibi constandi, ratio, quam habemus eorum qui corripiendi sunt, ipsorum qualitas, atque superbia, quæ non patitur, ut ad illos audeamus accedere, naturalis nostra timiditas, vel potius ignavia: denique modicus zelus, quo & pro eorum, & nostra simul sajure sumus successi, totidem sunt difficultates, atque impedimenta; ne explicitusimpleamus præceptum, cui desse non possumus, quin nosmet reos efficiamus ejusdem criminis, quod detrectamus corrigere; & quemadmodum plurimi Doctores loquuntur, quin siamus participes scelerum omnium, quæ illi patrant, & mox etiam eorum malorum, quæ eventura sunt, quod non attulimus medicinam, quam poteramus.

Animadvertendum est tamen fraternæ correctionis præcepto nequaquam opponi alienas infirmitates pati, easque ad tempus aliquod dissimulare; hic enim nonnumquam actus est charitatis, quemadmodum monet Apostolus: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Non enim dissimulantur, nisi ut tempus opportunum expectetur, ut correctio fiat efficaciter, si est necessaria. Quis enim ignorat, utrum ille peccantis impetus quidam

Qui peccari jure alios tenetur corrigere.

fuerit, ex quo quamprimum sese sit collecturus? Hoc proprie est charitatem prudentia regere, omnia metiri, ut correctio magis opportuna, & majori cum fructu efficiatur.

Nimis multi in mundo inveniuntur, qui correctionis praxatu fratris suis contumeliosas exprobrationes efficiunt, eorum oculis flagitia: sed humilissimi exprobrationes non aliud sunt, quam effectus ipsorum odii, & furoris, non aliud querentis, quam eam voluptatem, quam in ipso convitijs experiantur. Sensus, & rationes hujusmodi profus abhorrent ab eo quod petit vere fraterna correctio, quae est actio sancta, & actus charitatis Dei gloriam, & fratrum utilitatem inquirens. Qui igitur ita Dei opus corrumpunt, animadvertere debent, se obesse potius, quam profici. Caeterum opus non est, ut injucundus, & ferax oris habitus, quo monita nobis tribuantur, ad ea contemnenda, si bona fuerint, nos cogat; e contra vero illa cum docilitate audienda sunt, & cavendum, ne propter animi nostri aegritudinem aliter judicemus, quam oporteat, & non intelligamus a nobis esse praestanda ea, de quibus admonemur.

Ambigendum non est, quominus fraterna correctio prudentem adhibita magnam adferat utilitatem corrigenti. Insignia autem bona, & fructus praecepti, quos inde percipere potest, quinque sunt, qui sequuntur. Primus est, quod hoc pacto proximus educitur de caeno visionum suorum, vel prohibetur, ne magis magisque immergetur. Hoc exprimit Evangelium per ea verba: *Lucratus eris fratem tuum. Alter, illi ob oculos statuendo crimpina sua efficiamus, ut illa cognoscat, etiam illi antea non advertebat animum, si quae peccatorum horrorem injucundum: *Corripit amicum, ne non intellexerit, & dicitur: *Becl. 19. Tertius, quod Caeli benedictiones promoveretur, & proprio salutis consilia proficientes aliena: *Qui arguunt, laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio. Prov. 24. Quartus, quod sepe amicis acquiescit illius, qui a nobis corripitur, vel saltem quemadmodum de ipso melius mereri nequam possimus ille saltem habere gratiam debet: *Argue sapienter, & diliget te. Prov. 9. Quintus, cum publica esse debet correctio, si qui corripitur, ex correctione fructum non percipit, hanc tamen percipiunt alii, & sibi cavent, ne in familia scelerata decident, ne patrem subeant correctionem: *Peccantem coram omnibus argue, ut & caeteri timorem habeant. 1. Timot. 6.******

Hujus peccati gravitas est quatuor capitibus sumitur. 1. Committimus omissionis peccatum, non observantes tante necessitatis preceptum. 2. Participamus evadimus criminum, quae a proximo perpetratur, illa dissimulantes, & non corrigentes, & quo magis prohibere tenemur, ne ille cadat, dum actu cadit, eo sumus nocentiores. 3. Causa sumus aeternae illius damnationis, si idcirco ille interjacet, ejuoque interitus Deo rationem erimus reddaturi. 4. Ratio nobis reddenda est de scandalo, quod ille adfert, deque malis omnibus, quae imperitiam ejusdem producent flagitia, eo quod in ipso fonte non inhibuimus cursum, quemadmodum tenebamur.

Animadvertendum est, proximum bifariam posse considerari, vel enim per fragilitatem in aliquod scelus cecidit, ideoque non indiget alienis monitis, ut inde emergat; vel non agnoscit facinus suum, & illud etiam mordicus tuetur. Quod attinet ad eos, qui per fragilitatem lapsi sunt, qui innuunt ea verba: *Si quis preoccupatus fuerit; quod eos tenetur corripere, debet, quantum munus sui ratio patitur, summa uti lenitate, videns lapsum eo in statu reperiri, in quo correctionem aequi, bonique consulere potest; ideoque haec prima via est, quippe qua optima, quam nobis Dominus commendat. Hic praesertim humana fragilitas consideranda est, neque praesertim, ubi fratrem lapsum viderimus, immo e contra considerandum, nos aequae fragiles esse, ideoque in humilitatis, & lenitatis spiritu eundem esse commemorandum: *Considerans te ipsum, ne & tu cecideris. Verum enim vero si res tibi fuerit cum illis, qui scelus suum non agnoscunt; tunc severior oburgatio erit adhibenda, quae a S. Paulo *insepulto, & *corruptio vocatur. Quod enim docet Apostolus, corripiendos esse in Spiritu lenitatis eos, qui sua videntes flagitia, illa confitentur, atque sese humiliant; haec sane nequam ratio est, quia indiscriminatum cum omnibus sit utendum.****

Opportet enim corripere fructus.

Deo hominum generis diversis ratione corrigendum.

Ceterum si non desunt flagitia, quae non corrigere nefas est, non desunt etiam alia quaedam, quae dissimulare potius interest. Hoc autem accidit, cum correctiones, quae correptos meliores efficiunt, eos magis irritant, atque exasperant. Huc innixi principio, quod omnium saeculorum experientia probavit, ea ferenda esse mala didicimus, quae corrigiendo curare non possumus.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asceticis, recentioribusque Concionatoribus loci hujus Argumenti.

Flectere potest, quæto Fratres, ut Deus magis delectetur quam terra hujus Principes? Mirum tanto ardore Regem honori studemus, ut si vel minima ipsis inferatur injuria, vel aliqua contra eorum majestatem fiat conspuratio, excitemur, & ut veris Tertulliani cap. a. Apologetici sui, arripimus arma, & milites sumus: contra se ipsum *testatis rursus omnis homo miles. Quid autem? Terra hujus Principes subditos habebant adeo studiosos sui, & Regum Rex neminem reperiet qui fidels sui, & qui ipsius injurias propulerit? Inertes christiani videbunt infum affici contumelia, videbunt vim ejus vitæ intentari, neque movebuntur? Nonne hoc est, Augustinus ait, fide nocentem efficere rebellionis, & sceleris, quod non corripitur? Ad armam curandum putas pro Rege, quem fortasse nunquam vidisti; tum esse arbitrarum populi seditionem compellere; quantumvis autem a Deo te amari scias, nihil pro ejusdem gloria conaris? Non te fugit Deum tanta te prosequi benevolentia, ut ad tuam utilitatem omnia disponat; quotidie percipis amoris ejusdem effectus: & licet totis fide beneficiis cupulatus, cum te inspicentes laeserit, ne hiscere quidem audeas; neque pro ejus gloria decertare contendis? Aliquem ex fratris tuis vides ejusdem sanguine imbutum, & glorie ipsius nebulam offundere conantem, tu vero langues, atque in criminosa metu te contines! Heu! Fierine potest, ut fidelis Dei spiritu animatus sit, ejuisque amore succensus, si illius gloria non tangitur, si ad eam tendendum nihil audeat generosum? In Sermonibus, qui sub Patris Bourdaloue nomine circumferuntur pro feria tertia post tertiam Quadragesimae Dominicam.*

Qui legitimis rationibus impunes esse possunt a necessitate corporalem elemosinam erogandi, illi ipsi secum dispendere non possunt a necessitate spiritalis elemosinae exergende, videlicet fratres suos corrigendi. Mercator, Nobilis aliquis Vir, Civis, dicitur plurimos habere filios, tempora sunt calamitosa, aegre invenio unde aliam familiam meam; ne hic quidem nisi fictitiam praetextegestatem, & aanes adfert excusationes non tenetur elemosinam erogare; sed in quocunque statu ille sit, nunquam fratrem suum corripere non tenetur. Novit ille proximum in periculo versari, moriendi in peccato, ipse illum pravo itinere habitum videt, hoc scit, hoc novit: nisi illum inde conetur educere, Carnifex est, & rationem redditurus animæ fratris sui, quem perdidit, eo quod non corripuit. Idem.

Hoc illud est argumentum, quod vos de hac veritate praeter persuadere debet. Christianus orationis amare debet proximum suum ex supernaturalis charitatis principio; charitas vero supernaturalis ordinem amat; ita ut omni necessitate, ut illis ante ceteras solatium adferat. Necessitatum autem omnium maxima, omnique calamitatum miserrima, est, in peccatum pueri, & celestibus bonis indigere. Haec igitur charitas, si vera, & christiana est, hujusmodi necessitates debet auferre, hanc egestatem propulsiare, ne fratres in hac decedant calamitate. At qui non nisi per fratrem correctionem id potest efficere; quicumque ergo fidelis vere proximum suum diligens, ipsum tenetur corrigere. Omnis enim fidelis proximum suum cum ordine amare debet, neque cum ordine illum amare potest, nisi majus minori bonum anteferat: neque majus minori bonum anteferat potest nisi praeter tempore eternitatem; ideoque pro aternitate proximum diligit. Pergamus. Illum pro aternitate amare non potest; nisi sapiens, ut in virtute sit; in quo virtute esse non potest, nisi emergat e vicio, in quo versatur: neque melius inde potest emergere, quam per correctionem, & salutaria monita sibi praebenda; ideo fidelis quicumque, qui fratrem integro, & ordinato amore, & pro aternitate amare tenetur, hunc

Amor; & Dei gloria nos ad proximam corrigendum impellere debent.

Nemo non tenetur fratrem corrigere.

Correctio aprior via laudandi fratrem.

Opportet ut in correctione zelo comitem bonum exemplum accedat.

hunc etiam tenetur corrigere. Idem.

Correctio non ex ira, alore animi metu faciunda.

Cum fidelis fratrem corripit hoc ille cum ratione, non autem passione aliqua praestare debet; rationis enim defectus inutilis efficit correctiones. Passio ridiculas efficit uxorum contra viros querimonias; eademin obliquit virorum contra uxores, & patrum contra filios, & Dominorum contra Servos querelas: sed nihil aequius est, quam alium cum tranquillitate, non autem cum praecipiti impetu spiritus corripere. Si animi aegritudine correptus corrigis, quem fractum sperare potes? Cum iratus quispiam alium corripiat ullane spes esse potest futurum, ut hunc leniat? Ideo tenemur in hujusmodi occasionebus nunquam ferri iracundia. Attamen vides quid in mundo fiat, & quomodo ibi confuecat; si fit correctio, haec plerumque ex insana proficitur cupiditate sese tamquam Superiorem aliis iactandi; & qui hoc pacto corripitur magis, magisque exasperatur, quin ad officium revocetur. Cur istud? quia cum alium sceleris corrigimus, scelus alium patramus, atque hoc pacto, nos nocentes sumus; cum alterius noxam corripere volumus. Caeterum si qua vitæ nostræ actio potest, ut compos tuis sis, & agas cum tranquillitate, haec sane correctio est. Et ratio constat: ut enim utiliter corrigas, explore debet ingenium corrigendi; illius infirmiore partem cognoscas opus est, tempus sancti commodum praestolari, omniaque illius studia diligenter scrutaris. Si ferax sit ejus ingenium, cavendum, ne illum offendas; si timidum, vel iners, excitandum est, & fide de ceteris. Haec autem quomodo praestari possunt cum passionis impetu rapimur ad corrigendum? Idem.

Reprehensio fieri debet cum humilitate: alicui enim insultare, cum aliquid ab ipso cupimus obtinere, nunquid est animum illum preparare ad ea, quae sumus didicisti? Nonne satis pudoris eidem infirmo ob oculos ipsius facinus suum statuantes, quin velle suum illius miserere, atque cacciatu insultare. Si peccator est aequa ac ille, qui corripendus est, & hoc illi exploratum est, videat te ipsum cum eodem humiliari, & qui superbia spiritu illi exprobrat scelus suum, temeritatem in eadem conditione confitetur; *Consequens, ut ait S. Augustinus. Cum eodem lacrymas misce, & humiliter dic, quid sentias de illis vivendi ratione: haec enim certissima ratio est ejus lucrandi. Idem.*

Lucratus eris fratrem tuum, inquit Evangelium; illius concionator eris, & Apostolus, apud illum Dei Vicarius eris, gratiarum Consecutum dispensator, nunciisque fidelis. Certum est enim Deum plurimas gratias correctionibus adnectere, & aliquem fortasse nunquam salutem aeternam consecutum fuisse nisi fuisset correptus: atque ita, qui eundem corripuit, auctor est salutis ipsius. Aliquidne ulterius requiritur, ut cogaris fratrem tuum aberrantem corripere? Idem.

Cum Chirburgus novacula abscessum ferit, ingenitum adfert dolorem, partemque infirmam summo rigore torquet: sed postquam inde labem, ac tabum absterit, leniter eamdem attrahat, illam vittis circumligat, atque multa admovent lenimenta; diceatque ipsum palpate, quod antea tanta cum severitate fecerat. Ubi Christianus correctionem exercet, novacula quodammodo fecat, & acerbissimum facit incisionem; sed paulo post aegram partem palpate, atque fracti suo majorem benevolentiam, quam ante, testatur. Idem.

Bonum exemplum si desit, zelus omni caret fructu in illis, cum quibus exercetur; censorum monita contemnuntur, & inde arripitur etiam occasio in deterius ruendi. Monita contemnuntur, quia contemnuntur persona, earum vitia eo magis exacerantur, quo magis ille exaggerare conantur aliena; nihil illi paritur, quia nihil parcere student. Ex falso eorum zelo nequiores fiunt: putant enim correpti ea, quae sibi paritur, quia nihil esse dicenda, qui spiritu carent, neque vera ea putant, quia a corripiente exerceri non vident. Da mihi judicem, quem omnes justitiae corruptorem agnoscant: praestantissima hic de aequitate dogmata tradat, & persequatur abusus: illum videbimus, ejusque vivendi ratio cum eis quae ab ipso venduntur praecipit collata persuadet aliis, ipsum nequaquam credere, quae dicit. Da mihi Patrem libidinorum, matrem invercundam filii sui praeperta tradentes, alterum quidem pudicitiae, alteram vero modestiae; quem fructum invenient? Satis est mundum intueri, ut haec pateant veritates. Te ipsum corrige, disce alios eadem excipere lenitate, quae te ipsum. f. Houdry Bibl. Tom. I.

veritas in animatum regimine omnibus scopolis est perniciosior. Hoc plane Apostolis suis Salvatore ostendit: cum enim de Caelo igem educere vellent ad nonnullorum delicta punienda; acrier illos reprehendit testatur severitatem hanc non esse secundum spiritum suum. Idem sermone de zelo.

Vanitas, propter quam contumimus monita illius, qui scelera nostra redarguit, sepe nos aequo inultos, ac indociles efficit. Contemere illum conamur, a quo contemni videmur, scelera nostra increpare; perinde ac sperarem reparare eam existimationis iacturam, quam in ipso nos fecisse putamus, omnem illius existimationem abijcimus. Veruntamen ita nosmetipsos eo bono privamus, quod ex alterius correctione consequi possumus. Ipse quoque suas habet infirmitates, suas imperfectiones, defectus suos. De hoc querendum non est: fortasse meretur etiam, ut acrius corripatur, quam nos ipse reprehenderit: fortasse etiam hoc ipsum vitium, quod in nobis redarguit, nomen ejusdem labem offundit. Veruntamen aequa, & ut Christianum decet, cogitat de vicio, quo ego laboro, & quod fieri me pudet. Ego vero ut christiane & sapienter agam, quicumque sit corripientis character, vocem illius alperrari non debeo propter utilitatem, quam inde percipere possum; & de illius correptionibus conqueri nequeo, quin simul nequior evadam. Desumptum ex libro, cui titulus: *Remarques sur divers Sujets de Religion, & de Morale.*

Corripientis maxime habere rationem debet pudoris illius, qui corripitur: in hoc consistit aeterni principia correctionis. Monitum utile esse nequit, nisi quatenus persuadet; nec persuadet, nisi quatenus dispositionem invenit, ut moveatur: nemo vero dispotus est, ut moveatur, nisi quatenus est obnoxius vircundia. Si nocens molli insinuatione indolentia corripitur; Quidquid turpe in ipsius facinorosi existit non movebit illum, neque ille se corrigendi desiderium concipiet, Si cum impetu, acrimonia, & eo vocis tono, qui contemptum redoleat, corripitur; animum sceleris suo ne adverte quidem: unice intentus contumelia, qua se effectum putabit, oblivifcitur sceleris sui, ut illatum sibi persequatur iniuriam. Violenta, & contumeliosa correctio adhuc nequiores effectum obtrinet: Peccator adeo superbe exceptus non curabit suam tueri existimationem, quam nullo esse in pretio cognoscat, & quam tamquam profligatam putabit: contumeliose sibi non parci, eo quod nihil boni ab eo exspectetur. Contumeliosa haec praeventio ad iracundiam laesissimum, quia ipsum poenitet, sit obstinatio: in maxima etiam praepes ruer scelera, tamen male audiat; putabit se reparare posse offensam; quam correctionis ineffe arbitratur, quam flagitiosos vivendi genere offendens se correctionis auctorem contemnat. Contemptu contemptum punire conabitur, quia qui ipsum corripuit, adeo impudentem vanitatem, amoremque proprium, magis suam zelum, & charitatem praestulit. Idem.

Licet correptionis lenitas effectus esse caritatis, prudentia docet, eadem uti ante severitatem. Equum enim est credere, eos, qui corripuntur, nequaquam passuros se secleris corripientis superbia, atque duritia: Hoc nobis praedictum inspirat humanitas. Nihil magis efficere potest, ut indocilitate nostra obstinatior evadamus, quam videre alios de nostra docilitate distidere; tunc enim adfirmur, ne fluctuamur, cum nostri nullam rationem haberi cognoscimus. Quantumvis parum rationis habeamus, nos ipsi scelus nostrum damnamus, & nos valde ledit, qui nobiscum agit, perinde ac malicia minime improbaremus: Videtur enim nobis exprobrare, vel stupiditatem, vel pertinaciam scelere ipso nequiores; minus pudendum esse peccasse, quam peccati non poenitere. Quicumque sit hominis character, praesumere debemus, leni, honestaque correptione magis, quam aspera, & superba esse movendum. Verum est ferax ingenium aliquando non cedere, nisi auctoritati imperiose, quae illi dominatur; sed hoc minime prohibet, quin plerumque adnitendum sit, ut palpando illud curemus. Id si fecerimus, nullum periculum adest, nisi ut remedium in irritum cedat; alioquin vero periculum adest, ut malum, quod curari potest, fiat incurabilis. Qui austeri monita recepit, atque cum contemptu corripuit, existimare potest corripientem non aliud querere, nisi voluntatem suam; difficile enim credimus alii ita cordi esse nostram utilitatem, ut in his, quae nostro bono officunt, adeo facile tangantur. Augustin Yyy 2

Si enim V... rima tom... ma, lo... equitur...

Quid spe... dant de... beat cor... riptum...

Correctio... est in eo... quod non... est in eo... quod non...

... non... non... non...

teris; oris habitus, satis probat corripientis vanitatem; & illum ipsum nequaquam satis sibi dominari.

Vanus ille mori amittendi amici, cum corripiedo.

Amicum corripientis vereris fortasse, ne illi molestus sis, atque inquam cum ipso necessitudinem penarum infringere; si illi accidit molesta monita tua, eorum magis indiget; peus est sceleris, quod eidem exprobras, ac propterea superbus est.

Huius obligationis ratio ex ipsis Evangelii verbis desumitur, ubi fidelis tanquam frater noster exhibitur: Si peccaverit in te frater tuus.

Insignes quidem, plurimque rationes nos cogunt, ut fratres nostros corrigamus; verum quoniam hodierna die hoc minus adimplet, quis ad hoc se teneri cogitat? Cupiditas, fallax amicitia, vel incuria efficiunt, ne quis proximum suum corrigere velit.

Corrigentes efficiunt, ut se colligant peccatores.

Facile est, nisi diligentius caveatur, correctionem humanorum motuum immixtionem confundere; enim quae nobis in fine nequitia est, viam invenit, qua per correctionem occasionem sese prodit.

Fructus, quem ex fratrum nostrorum correctione referimus, hic est, quod eorum animas lucratur. Nisi homini illi in impudicitia alte demerso verbum dixisses, fortasse in peccato suo permanisset, sexcentaque alia crimina parasset, cum omnia

Per correctionem fieri possumus Apostoli, & aliam factis.

potius, quam vita mutationem cogitaret; hoc illi praclarum praestitit officium correctione tua, quae ipso correctionem operata est, ipsumque de celexum suorum coeno eduxit.

Illud vero nos excitare debet, ut hoc munere perfungamur, quod haec in re eisdem JESU CHRISTI fungimus officio; qui venit quærere, & saluum facere, quod perierat.

Insuetudinem cor eorum, qui proximum suum corrigere cupiunt, ut verbum expediam, ea tantum corrigimus vicia, quae displicent nobis, ingenioque nostro opponuntur.

Ut proximum utiliter corrigamus, nihil in nobis debemus ostendere, quod correctioni effectum prohibeat. Cavendum est, ne duris vocibus, & aliquo contemptu iudicio illius iracundiam, atque superbiam provocemus; neque illum debemus obruere multa inceptationum vi, quae spem omnem aufert corrigendi eos defectus, quos illi exprobramus.

Avaritia prohibet sepe, ne mortales corrigant fratres suos. Quot sunt Magistratus, qui alienis vitiis, & iniquitatibus sagnantur? Quot sunt fallaces amici, qui ex turpi quaestu adulationum suarum aluntur, nequissima vicia in virtutem convertunt.

luti prodest.

Ad alios corrigendos recte intentio requiritur.

Quomodo viti summi corrigendi.

Ad alios corrigendos recte intentio requiritur.

Quomodo viti summi corrigendi.

vertentes, aeque laudantes, quae Deus perhorrescit? Quot Confessarii, & scipios, & alios damnationi addicunt ob turpem avaritiam? Hunc si acciter corripio, me deseret, & omnia amittam manuscula, quibus me cumulat; si nobilem eum virum iubeo, servis suis stipendia peto, a me recedet vir, qui mihi tribuit auctoritatem.

Prudentia in correctionibus est necessaria duplici praesertim ex causa; ut leviter corripiantur peccata, quae lenitate mereantur; & severe illa redarguantur, quae severitate expolcant.

Non corrigendum ex mera libidine.

Ut proximum utiliter corrigamus, nihil in nobis debemus ostendere, quod correctioni effectum prohibeat. Cavendum est, ne duris vocibus, & aliquo contemptu iudicio illius iracundiam, atque superbiam provocemus; neque illum debemus obruere multa inceptationum vi, quae spem omnem aufert corrigendi eos defectus, quos illi exprobramus.

Quomodo viti summi corrigendi.

mortalium defectus corripimus, quin dignitatem honorem laudamus, vel vitium aggredimur, quin vel Religionis, vel Imperii caput atingamus. Nihil ab hoc officio detorqueere nos poterit, si vel unicam divinam charitatis scintillam habeamus; tunc enim iustus fieri zelus molles per considerationem glorie Dei adeo indigne hominum peccata lacestimus.

Ex horribili hac ignavia, quae hodierna die omnibus fere mortalium conditionibus videtur, conijcere possumus, quam parum nota sit fraterna correctio. Videbunt parentes in familiis suis noxiam filiorum insolentiam; passio vero illos excæcet, ne eorum videant flagitia; vel molli, ne eadem puniant; vel si hoc præstant, tanta infirmitate accidunt, ut scelus inde majorem antiam arripiant; & contra metum sese confirment eam contemnens inimicum, qui adeo parum formidabilis videtur.

Ignavia, quae in te hac nocte temporaria late re-gua.

Tempus opportunum esse debet, ut operatus correctionis fructus percipi valeat; & nisi fuerit, expectandum est. Expectamus opportunum tempus, ut agrotis optima remedia applicemus. Catharticum pharmacum importune propinaturn humores irritat, & nonnumquam morbum efficit incurabile.

Lenitate animi Deo lucratur.

hic enim prudens correctionis tuae fructus, ut creati animam. Lucreti animam. Deo numquid majus, atque illustrius lucrum fieri potest unquam? Num aliqua præstantior opimus lucrari merces expecti potest? Num aliquid coram Deo magis est pretiosum, quam quaecumque in universo mundo invenitur, quae facta non fuerunt, nisi ut aliquid animae bonum conferrent; quandoquidem hic est thesaurus absconditus, ad quem comparandum, celestibus relictiis Dei Filius in terram descendit; hac pretiosa illa margarita, pro qua alia quaecumque relinquit, hoc denique Regnum, quod suum effundens sanguinem acquisivit? Idem.

Cum

Causa conclamationis publicam personam gerat, suo ministerio, atque officio tenetur contra vitam, atque scelera inueniri, quae sunt in locis, ubi Dei Verbum annuntiat, frequentiora, quin tamen nominata, vel eo verborum circuitu ita personam describit, ut pure hunc, vel illum notare vel exillimitur. Similiter necesse aliquis sibi dictum patet, atque in se conclamationem proba sua ejaculatum exillimit; nam quidem iniquus est iudex, quia vitam correptionis e suggesta neminem singillatim tangit, sed omnes generatim, qui eadem labe notati sunt; alioquin nunquam vitia essent redarguenda, quia nunquam desunt istidem obnoxii: quod minime tamen prohibet, quominus cavendum sit, ne ad peculiaris descensionem, vel ad eas circumstantias adeo aperte explicitas, ut omnes intelligere possint, de quo loquamur, & occasionem arriperet valeant audire, et, qua dicta fuerunt, alicui singulariter applicent. Hoc enim idem est, ac palam personam noxia proferre; vel eam adeo aptis coloribus exhibere, ut dicta uni illi possint convenire. *P. Duraeus, Serm. pro feria 3. post Pentecostem Quadragesima Dominica.*

Correctio prima cum inter te, & ipsum solum. Quae in te sunt quidem si Hieron. requirit, homines plerisque oppositum proferre efficeret. Qui enim alterius peccatum celare debere, atque illud ipsi uni patefacere; huic uni minime debet, quia in re contra JESU CHRISTI praecipuum delinquimus; sed ut vel odium utroque nostrae satisfaciamus, illud in omnibus extrahamus, qui peccatorem noxium; & hoc pacto exsecratum publicum sit, quia singulari dicitur, quasi uni tantum diceretur, atque ita tot mortales hoc noxium, ut praesertim illam silentiore voce in vulgus conclamasse, quod, quin proximi nostri malo remedium adferat, aliud longe majus operatur. *Idem.*

Correctio iuxta ea, quae Dei Filius praecepit, primum quidem seorsim est adhibenda. *Corripere cum inter te, & ipsum solum.* Quae in te sunt quidem si Hieron. requirit, homines plerisque oppositum proferre efficeret. Qui enim alterius peccatum celare debere, atque illud ipsi uni patefacere; huic uni minime debet, quia in re contra JESU CHRISTI praecipuum delinquimus; sed ut vel odium utroque nostrae satisfaciamus, illud in omnibus extrahamus, qui peccatorem noxium; & hoc pacto exsecratum publicum sit, quia singulari dicitur, quasi uni tantum diceretur, atque ita tot mortales hoc noxium, ut praesertim illam silentiore voce in vulgus conclamasse, quod, quin proximi nostri malo remedium adferat, aliud longe majus operatur. *Idem.*

Jeremias Propheta videns peccata, quibus populus Deum ad iracundiam provocabat, illum saepe redarguit, atque tanto zelo, ut in se gravissimum persécutionem excitaverit, & magna in ipsum seditio fuerit coorta. Pharisaei templi Custos vir omni iniquitate inquinatus Prophetam hunc irritati populi furor, atque vindictae objecit, eumque in profundum lacum deiecit, ubi prope sit, ut in eum nodis, & fame interiret. Haec mala timorem iniecerunt Prophetam, ejusque zelus ita deferbuit, ut injerit consilium non amplius corrigendi illius populi vitia, qui adeo iniquo ferebat animo ea, quae Dei verbis fuerat loquutus: *Et dixi non recordabor ejus, neque loquar ultra in nomine illius.* Jer. 20. Veniam ubi sese collegit, atque agnovit, se indignum fore ministerii sui dignitate, si Dominum suum dedecore affectum intuitus, dolore non testaretur, decrevit potius vitae periculum subire, omnia quae perpeti mala, quam in adeo justa occasione silere, atque dissimulare. Et profecto valde mirum est, quod cum tanta benevolentia nos prosequatur Deus, ut illas, quae nobis inferuntur, injurias tantumquam sibi illatas existimet, nos adeo finis ignavi, ut contumelias illius non putemus nostras. *Eternam minatur damnationem, si quis contumeliosum verbum fratri suo dixerit, nos vero non audebimus leniter corripere eum, qui Sanctissimum Dei nomen blasphemat? Hoc sane non nisi ex charitatis defectu potest proficisci.* *Idem.*

Ob charitatis defectum fra-terna correctio non exercetur.

Seculi calamitas eo usque processit, ut quemadmodum non desunt fratres secundum carnem omni amicitia carentes, inter Christianos quoque quam plurimi sint falsi fratres, qui sua tantummodo curant. O charitas! quam misere in hominibus intercepti! Quotidie videmus eos, qui de fratribus suis obloquantur; aliquis ne invenitur, qui audeat dicere obtreccionem esse effugiendam. Videntur, qui blasphemant, atque sanda, infandaque proferunt; quibus eos audeat corripere? Videntur, qui manifestas exercent injusticias: quinam dicit illis: *perpetra facitis? Si isti viri Principes sunt, eos palpare malum, quam amicitiam verum amittere; si pares; eorum amicitiam verum amittere; si inferiores, illos despicimus, dicimusque quid ad me? Alienis immiseri negotiis minime mihi placeat; si illum de officio suo admonero, hic fortasse ei deerit reverentia, quam mihi debet.* *Idem.*

Nemo audeat exprobrare nobis Viri ipsorum peccata, atque flagitia: nemo audeat nunciare David, ipsum eum hominem esse, qui abstrulit ovem, quam pauper possidebat: nemo audeat dicere Herodi, ne-

quisquam licere ingenti cum scandalo cum Umore fratris sui confiteri. Videtur dignitas, atque nobilitas luminos viros extra correctionis, regularumque Religionis iactum statuere, & divini verbi praedicationes, illos attingere nequaquam posse: atque iude saepissime invenit, ut maxima scelera diuturna sint, quia nunquam Evangelico zelo corripuntur. *Desumptum ex manuscripto sermone.*

Nemo uberiori cum fructu alios corrigere potest, quam qui, ubi conquisiverit quid in corripendis laude dignam assuegerit, ex eorum laudibus ducit exordium, & mox facinus quod est correpturus, immittit. Elogium callide suo loco positum non laedit superbiam, quae alioquin contumisset, conciliat fidem, quae abhorruisset, insinuat monita, quae propulsata fuissent. Voluptas, quam ex laudibus nostris percipimus, efficit, ut eam quoque, quae denegator, mereri studeamus: Usi defectus imminuit, & sceleris nostri pars quaedam contegitur, nobis aditus aperitur, ut reliqua fateamur, eoque confesso efficit, ut nosmet corrigamus. Nolumus excidere ex laudibus opinionem, & libenter eam reformationem suscipimus, quam factisimuscimus, & gloriosam existimamus. Si cui detegimus omnes ipsius defectus, omniaque scelera, quanta sunt, & sine ulla praedicatione, nobis res erit, cum illius vanitate, qua fallitur, cum ignavia, qua corrigi prohibetur, cum illius constantia, qua abicitur. Visne celeriter hos omnes obices auferre? Cum ejusdem passionibus clanculum compositio quaedam inveniunda est; periculosa enim efficit eisdem aperte facessere. Hunc laudem, si quid in ipso laude dignum prehensum; ita illius veritati auferat arma, nec statim quidem defectus omnes, omniaque scelera eidem ostende, ita illius siletibet ignavia, atque usque constantiam excitabis. *De Sacy, in tractatu de Amicitia.*

Ratio correctio- nis salutari- da.

Quorum- dam SS. Pa- trum de correctio- nibus fratru- m.

Ratio he- benda est amici, qui corripitur.

Optarem equidem, ut amor proprius, cuius in nostris sceleribus excusandis maxime pollet ingenium, nequaquam minus polleteret in excusationibus invenendis, quibus proximi delicta contereget; & ut omne studium collocaremus ad ea mala minuenda, & lenienda, quae profus probare non possumus. Justitiae quidem tribuimus, quidquid illa petiit, non abnuo, & ea mala damnemus, quae excusare non possumus; sed asseritis in tempestiva charitatis jura non ledat. *Egre, invitiueque damnum, & corripimus: summi etiam fortasse viri in ea lapsi sunt, quae fratri exprobramus: ille fortasse, quem vi- tuperamus, aliis temporibus dignas laudibus actio- nes, & in eodem genere operatus est. Has producamus; illius pudorem cum illorum virorum erubescit confundamus, vel propriis ejusdem virtutibus contegamus.* Haec nostra sunt officia, ubi proximi defectus damnare, & vituperare tenemur. *Idem.*

Cognosce statim fratris tui defectus, si illum ad- monere debes; ne palperis, quandoquidem ad eos evertendos debes adlaborare. Si fieri minime potest, ut media insisteremus via inter cognitionem, atque ignorantiam defectuum eorum, qui nostro subito regimini, praesertim ipsam ignorantiam, vel negligenciam cognoscendi luminis nimis importuno in illis cognoscendis, nimisque sedula vigilantia in de- tendendis. Quod si adeo peripicaci luminis polles, hoc in teipsum converte; ibi sane videbis plurima cor- ripienda. Metue tantum, ut videas defectus tuos, quantum ut alienos insipicias; caecitas, quae tua non vides, neque intueatur aliena; omnia rectus pro- cedent, cumque alios redarguere debebis semper ante in ipsum te oculos conjice. *Idem.*

Acres censura, ac nimium vehementes redargu- tiones ostendunt potius fervorem ingenii, quam proximi amorem, vel zelum gloriae Dei. Violentia contra mortalium peccata, invidiosae avertunt cor, suffocant sensus, & desideria prenentit; lenitas vero peccatorem lucrat, atque in viam salutis per- trahit. Censura, & reprehensiones non solum acres esse non debent; verum etiam aptanda sunt pecca- tis corripicndis: alioquin nostrum ibi agit inge- nium; atque suos sensus exaggerat. *JESU CHRIS- TI discipuli petebant, ut ignis de caelo in Sama- ritanos descenderet, atque putabant suum Dei cau- sa zelum ostendere contra Schismaticos, qui ultio- nem illius merebantur; opinabantur saltem se imita- ri Eliam Prophetam, cuius zelus tot laudibus celebra- tur: attamen nescio quo spiritu agamini, illis Dei Filius agebat.* S. Paulus Christianos persequens se nutantem legem, jamjam caesuram suscinere arbitra- batur: quacumque vox alia, praeter caelestem, il- lum percussisset, omni profus caruisse effectum in corde illius, vox profecto lenitatis, & miraculosa

patenter requireretur, ut hic spiritus zeli de erro- re in rectam viam adduceretur. *Descriptum ex qua- dam tractatu de conscientia.*

In cor- rectionibus coequis a- gendum.

Cum de proximo corripendo agitur, magna cir- cumspicione opus est, atque attendendum, ut omnis correctiois amaritudo auferatur. Seorsim repre- hendenda sunt secreta peccata, & generalibus uten- dum verbis, in quibus tamen seipsum agnoscere possit peccator quibus JESU CHRISTI exempla, qui Judae crimen cognoscens in caru aliorum Apo- stolorum dixit tantummodo futurum, ut ab uno eorum traderetur. *De Monmorel homilia pro prima Dominica Adventus, & prima post Pentecosten Do- minica.*

Magna requiritur prudentia, ut rite tam difficili munere, quale est fratrem correctionis officium, persequamur: opus est, ut hic hanc suscepturus est provinciam, talem seipsum gerat, qualem Deus ipse illum in Jeremia persona descriptit: *Eccē constitui te hodie super gentes, & super Regna, ut evellas, & destruas, & disperdas, & disperas, & edifices, & plantes.* Cujuslibet generis personam gerere de- bet tanquam Proteus, qui formam, & faciem mu- tare dixerit pro varietate temporum, occasionum, rerum, personarum, ad abusus, pravaque con- suetudines eradandas, & bonos, sandoque mores subducendos: Videlicet esse debet Medicus omnia habens pharmacorum genera, quibus ubi sciat, & ubi oportet, & cum oportet; atque ubi opus fuerit, ignem, ferrumque admoveat; & oleum vulne- ribus infundat, prout mali natura poposcit: non autem quemadmodum Medici Israel, *Qui curabant cum ignominia convulsionem filia populi mei.* Si enim haec sibi prudentia deest, periculum imminet, ne vulneribus venenum infundat, & dum ea curae conaris, eadem efficias insanabilia. *Desumptum ex Italico Reine.*

Supponant semper, ut ille, cui jus adest repre- hendendi, & corrigendi, prudenter agere debeat pro temporum, rerum, personarumque discrimine, & noverit omnem procul femovere furorem, vim omnem, verborum aculeos, derisiones, aliaque id genus, quae in imprudentibus correptionibus possunt occurrere. Verum nunquam cogitatur omnino in exitum ejicere severitatem, constantiam, dura, atque humilissima verba, immo & quandam ire spe-ciem. Verum profecto est, S. Basilium pluribus in locis docere, Superiorem citra passionem esse cor- rigendum, ne ipse in peccatum decidat cum alio- inde conatur educere; illi habendam esse rationem eorum, quos corrigit, induendo Patris, & Medici sensus, atque cum miseratione, & benevolentia o- pus curatiosis aggrandiendum. Verumtamen insignis hic duxor animarum satis ostendit, se non esse in ea sententia, ut quovis rigorem, & severitatem qualibet in occasione censeat esse damnandam; exigit enim, ut ubi oportuerit vis correctionis, praeser- tim inflammatas quasdam dispositiones; & quam- vis iracundiae excutierit ignis, tamen mansuetudinis meritum ferretur, & diversam agendi rationem se- pe vitio potius, quam virtuti esse adscribendam; Sicarios, & Medicos ferro ut, illos quidem cum crudelitate ad vitam eripiendam, hos vero cum prudentia, & charitate ad vitam servandam: Atque tandem reprehensiones nonnumquam acres esse de- bere, & amaritudinis plenas. Itaque si magnus hic Doctor furor, imprudenciam, veram iracundiam, nimiamque damant severitatem, rectum eorum ap- probat. *Idem.* Neque praetermittenda est hac in re S. Benedicti sententia; vult enim, eam servari for- mam, quam praescripsit Apostolus, cum ait: *argue, obsecra, increpa;* videlicet pro temporum, locorum, personarumque diversitate, vel lenibus verbis, vel his vocibus, quae terrorem incutiant, modo secundum durum, severitatem Domini, modo amantis, indulgentisque Patris exemplum. Ita quoque intelli- gendus est S. Bernardus, cum docet, quomodo a- gere cum subditi debeamus; passim enim ait, se- veritatem nonnumquam esse necessariam, & vini robor cum olei suavitate esse miscendum; amara remedia, sevas acriminiales reprehensiones cum levibus, benevolisque increpationibus: fin autem, qui bono resistunt, perfricti sunt frontis, tunc ad- hibendam esse duritiam, quae illorum vincat resi- stentiam, quae peccati, & irascendo, ubi opus non est, & non irascendo, ubi opus. Hinc sequitur, eos longe decipi, qui christianam pietatem consti- tui in suavitate quadam, & patientia rebus in omnibus servanda, quae nunquam perturbetur; vel potius in molitio, & languore quadam propter me-

tum pacis turbanda. *Haec omnia de prompta sunt ex Abbatis Trappensis primo tomo de vita Monastica officii c. 12.*

Vides, S. Augustinus ait, scelera fratris tui, vi- des improbam consuetudinem, in qua irretitus est; vides illum, ne tria quidem proferre verba, quin iurandum, vel aliquam blasphemiam immisceat: posses prudentia tua, & fide, quam habet in te, & existimatione, quam qualitas vel beneficia tua tibi apud illum compararunt, posses, inquam, efficere, ut sese corrigeret. Parentes non moventur, ut filii libidinem, & filiae vanitatem corceant, qui interuenit propter licentiam, quae ipsis permittit quicumque catus audeant; herus servorum suorum impe- tationem, atque nequitiam castigare minime adducit. Heu! isti non solum participes sunt peccati fratrum suorum; sed ipsi silentio suo, quam illi sceleribus, sunt nocentiores. *Vulnus fratris conspicias: vides in eo peccatum, & negligis: peior es tacendo, quam ille conrepiciendo.* Quorsum? quia peccatorum passio, atque caecitas prohibent, ne aeternam cogitet calamitatem, in quam praecipit tui: tu vero, qui aretis oculis, ac mente tranquilla eum vides, neque injuria, quam recipit Deus, neque excidio illius, qui Deum laedit, alliceris: *Peior es tacendo, quam ille conrepiciendo.* P. Gegou vsu Sacramenti Penitentiae.

Nihil utilius est ad progrediendum in via pietatis, simulque nihil difficilius, quam sapienter, at- que sancte corrigere, & severitatem reprehensionis cum charitatis suavitate conjungere. S. Paulus in Epistola ad Galatas paucissimis verbis sanda iudei actionis condiciones complectitur. Ubi enim fides admonuit, ut simul in pace vivant, hoc monitum tradit iis, qui ad alios corripandos sunt idonei; *Infrue,* inquit ille, *in spiritu lenitatis, considerans seipsum, ne & tu tenebris.* Itaque S. Paulus voluit eos corripere, qui in scelus aliquod laberantur, ve- rum ad hoc simul animum advertit, futurum ut & ipse corripens similia committere possit peccata, ut miseretur eorum, qui ceciderunt, eosque ead- dem lenitate corripit, qua ipse corripere vellet, si cecidisset. *Liber, cui titulus, Instruções Chretien- nes Tom. 5.*

Si acriter corripuerimus, metumamus, ne ira nostrae motus ad aliquod ultionis desiderium nos rap- tiam; quiddam animo ita ulcerato dicemus, erit potius impetus ulciscendis, quam charitas corrigen- tis. Ama igitur, S. Augustinus inquit, & dic, quod vis. Quod cum injuria didum videbitur, res ipsa non erit, si corde fovetis desiderium sanandi fratrem tuum. *Idem.*

Haec fraterna correctiois lex si rite servaretur, quodnam peccatorum diluivium prohiberet! quem in virtutibus progressum charitas prudens atque im- perterrita efficeret? Sed seu negligentia sit, vel metu proximo displicendi, quoniam oium sibi con- standi, sive imprudentia, quia non precaverit id, quod necesse est, ut oburgationes nostrae utiles sint, nimis frequenter accidit, ut quantum hec est ne- cessaria correctio, tantum vel negligat, vel inuisi- sit: Pauci illam exercent, & qui illam cum fructu exercent, longe sunt pauciores. *Ex Morali Dictio- nario Sermonum de Correctione.*

Audacter post S. Cyprianum dicamus; Phinees, qui impudicos prosequantur, Moyses, qui sacrile- gos puniant, Samueles, qui Saules corripiant, hodierna die infrequentissime occurrunt. Videtur pec- catum, & tacetur; audiuntur blasphemorum im- precationes, vel irrisiones Atheorum, & tacetur; Lupi ingrediuntur in septa, & canes non latrant; Hostes monia dirunt, ut Jerusalem depopulen- tur, & Excubiae, quas Deus super muros constituit, ad arma non conclamant. Morborum lues in dies semper augetur, sapientisque correccionem, quae uti- lia esse possunt remedia, negliguntur. *Idem.*

Illi, quibus ob aequas legitimasque causas dis- pensatum est, ne corporales elemosinas erogent, tenentur semper spirituales, de qua sermo est, ubi opus fuerit, erogare. Ingentes passus es jacuras; tempora iniqua suat. Filiorum numerus augetur, vix possides ea, quae sunt ad victum necessaria; Eleemosyne praecipuum tibi irrogatum non est. Sed frater tuus coram te peccat, atque per peccatum, iacturam omnium maximam patitur: servi, filii, que cui sanda, infandaque omnia committitur, cor- reptionis praecipuum tibi irrogatum est: nisi eos cor- riperis, nisi omnem curam impenderis eos ad of- ficium revocaturus, nocentissimos es coram Deo, qui, anime, sanguisque ipsorum rationem ex te se- petiturum esse proficitur. *Idem.*

Reprehen- siones lo- quitur charitatis suavitate tempera- da.

De necessi- tate hujus praecipii.

Qui corpa- rales elemosinas erogant, tenentur spirituales quoque erogare.

Quotusquisque est, qui hoc praeceptum novit, & illud adimpleat? Plerique se nequaquam teneri arbitrantur; satis enim, superque mihi est, aiant illi, si mihi metipsum invigilem, quilibet foret sarcinulas suas; cum nimis occupatus sum vacans salutem, alienam non curo: utrum impudici sint, blasphemii, nequam, necne, sua interest, non mea: quid ad me? Non tua interest, S. Jo: Chryostomus respondet; cujus igitur interest? Num demonia, omnes tentare, & perdere cupientis? Num interest impiorum scelera palpantium, atque adulationibus suis, vel exemplorum correptione illa probantur? Idem.

Rig. explere manuum negligens.

Nisi putamus, nos minime teneri ad fratres corripiendos hac fallaci de causa; tamen alia de causa istud charitatis officium negligimus. Nemo, sibi vult aliena conflare odia, nemo cum amicis irritam necessitudinem infringere, nemo filio aberranti dolorem, & morerem inferre; immo nonnumquam etiam famulum redarguere detestamur. Satis est, si fideliter Domino famulemur, atque rei domesticae curam gerat; cetera non curantur. Si Virgo hilaris sit, atque venusta, mundumque norit; mater imprudens sexcenta illi permittit parum honesta & patitur ejusdem non satis decoram licentiam. Videtur haec mater indulgens eas horas quae precibus, ac pietati essent dicenda in choreas, atque Comcedias traduci; pro libris Aegyptiis, ex quibus alia edicere possent pietatis officia, illam intrabitur alia legentem libros, mentem illius vanitate replentes; & qui in his versetur virginum coetibus, unde bona percipere possit exempla, in eos sese tradere, quae ipsam corrumpere possunt. Hocine est Patrem esse, hocine Matrem? Idem.

At enim, inquit, correctio erit inutilis. Quis hoc tibi dixit? Esto tamen, quandoquidem vis, non ideo tamen praeprobo minus teneris. Dei est, verbis tuis eam addere unctionem, & vim, quae ipsi placuerit: sed tuum est hoc munere perfungi quomodocumque res confutura sit. Suberis proximi tui curam gerere: illum sanare nequaquam juberis. Cum imperat JESUS CHRISTUS, ut proximum corrigas, non imperat tibi, ut salutaris monita eum, quem optas, fructum inveniant: fac solum quidquid ea in occasione zelus tibi inspiraverit, permissis Deo cetera. Idem.

Quanta opus est prudentia, ut salutaris fiat correctio? quot sunt cavenda, & providenda? Ratio habenda est diligenter status, & conditionis personarum: viri summi non aequo corripiantur, ac imi; cum Dominis non eodem pacto loquendum, quo cum servis. Nathan Davidis peccatum parabola involvit, eaque figurata correctio efficit, ut sese Rex ille corrigeret. Virorum Principum animus irritandus non est: verbum durissimum illis ad iracundiam provocat: monitum vero opportunum illos revocat ad virtutem. Sape claudendi sunt oculi, ne videamus quae faciunt, sorumque errata quodammodo evadunt: semper prospicienda praeter propter uti fecit Deus, qui se ignorare simulavit locum, quo se receperat Adam, ut eidem dicere posset, Adam ubi es? Idem.

Si correctio in seipsa inspicatur, haec est, inquit Origenes, peculiare iudicium, quod homo in hominem seorsim exercet: haec est, inquit S. Ambrosius, personalis censura, & accusatio peccatore ad seipsum revocans: haec est, inquit S. Augustinus, salutaris amaritudo, cujus veritas, & charitas efficiunt, ut ille suam sentiat iniquitatem: haec denique, S. Gregorius Nazianzenus addit, externa vox est; quam adhibet Deus, ut suppleat interiori conscientiae voci, cujus saepe simul retunduntur; vel verbo suo, quod nequiter a nobismetipsis advertimus, quin illud nostris egestibus, privatiisque malis applicemus. Idem. Serm. 2.

Cum Peccator contra corripientem iratus intumescit; cum saxo durior reversi detredat, ut rectum virtutis tramitem, a quo recesserat, amplectatur; cum similis Pharaoni habituali pertinacia Moysis correptiones irridet; quam spes est futurum ut aeternam salutem consequatur? Novane pro ipso, o Deus; conversionis adminicula suscipit? Hoc quidem facere posses, sed aptior, atque valgius ad conversionem via est seipsum docilem praeberis monitis, quae sibi tribuantur, alienaque correctiones in bonum usum convertere. Hoc est utique praesentium remedium, & hanc gratiam ab infinita misericordia tua petere debemus. Idem.

Quam monstruosa peccatorum congeries, cum haec peccatori absconduntur, vel cum haec sibi pecca-

Mala, in qua per

tor abscondit! Inde fluit crassa quidem, sed criminosa scelerum omnium ignorantia; eadem quoque caecitas, quae est etiam peccati causa, cujus saepe effectus est, & poena. Inde sexcenta flagitia, quae propter impunitatem grassantur: flagitia, quae cessare profecto possent si quis prudenti, atque sapienti audacia eos admoneret, qui illic labuntur. Inde tot publica scandala, quae sane intercederent, si plus charitatis, atque zeli haberemus, & si peccatores sese dociles praeberent severis quidem, sed utilis exprobrationibus sapientie vulneratis quidem, sed simul etiam curantibus. Idem.

Nihil aptius efficere potest vitium mutum, censorum spectabilem, correctionem utilem, quam vita sancta, atque irreprehensibilis. Quomodo enim cum fructu in aliis damnare possumus ea, quae nobis licere existimamus? Eorum avaritiam, si avari sis; furor, si iracundus; caliditatem, si subdolis; obtractationes, si irritis, atque maledicis? Nonne iure dicere possent: Medice cura te ipsum? Idem in Considerationibus.

Eius gloriæ cupidi, qui neque seipsum in oculis Dei amissum, exteram illius speciem in hominum oculis meri desideramus: dicimusque, ut olim Saul Samueli; saltem honora me coram senioribus Israel. Neque superbi ac primus Adam, cujus vitia ad nos uique cum natura migrarunt, turpem nuditatem nostram celare conamur; satis putantes, si fronsibus ex ea decerpit arbore, quae sane arbor vitæ non est, nosmet contengamus. Hoc posito quidquid nobis dicitur, ut de peccato nostro corripiamur, acerbum, molestantque accidit nobis. Idem.

Vides hominem ira furentem, qui neque seipsum cognoscit; vinum, vel passio ipsum in hunc statum conjecit: frustra hoc in statu illo corrigere aditeris. Expecta donec procella desierit: fortasse Spiritus Sancti aura flabit in illum; eumque in portum adducet; fortasse hic voluptatibus mancipatus erubescet, atque tunc tempus sibi æque ac illi favebit. Admiramur nonnumquam peccatores, qui ex nostra quidem sententia acriter meriti sunt redargutiones, lenibus blandisque verbis excipit: at non intelligimus quibusdam in occasionibus necessarium esse sapientem hanc indulgentiam, sine qua omnia corrumpentur, quin ulla malo medicina afferretur. Idem.

Opus non est, ut indulgentia qua erga proximum utimur, in mollem, nihilque suavitatem degeneret. Si enim verum est, proximum nostrum nobis tanquam nosmetipsos amandum, verum quoque est, quod eum tanquam nosmetipsos dammare, atque punire debeamus, debemus etiam hanc eandem servare regulam cum illis, qui sunt tanquam nosmetipsi: nisi dicere velimus cum S. Bernardo si quid severitatis, atque suavitatis in Christiana charitate invenitur, utilius est ut in illis quidem pro nobis arripimus, hanc vero reliquamus proximo, ut ad officium revocetur. Non desunt homines adeo severi, qui nullum habent sensum lenitatis; e contra vero alii ita lenes, & indulgentes sunt, ut nullam disciplinam regulam, nullum ordinem servant: utrobique peccator, ibi quidem per excessum; hic per defectum; atque inde fit, ut correctiois preceptum, vel omittatur, vel inutile fiat. Utrique igitur monendi sunt, ut æquum servant temperamentum, atque exactam servantes disciplinam nunquam a lenitate recedant; & utentes lenitate, nunquam rigorem disciplinæ relinquant; cum perniciter contra omnem miserationem seculum; & cum infirmas animas consolantur, non sinant se nimia ferri indulgentia. Idem.

Non desit in homine principium superbiæ, quo correptiones omnes continent; mavult errare semper, quam in rectam virtutis viam reversi vocari monitis, quæ sibi ob oculos suum ponant improbitatem; mavult laudari, atque palpari, quam corrigi, tunc etiam cum nequisime operatur. Haec sane non postrema est errorum suorum causa. Hoc est magna corruptionis, vel inanis oblationis indicium, putare, seipsum regere posse, praesertim vero in iis, quæ maximi momenti sunt negotiis, sine consuetudine lumine, & auxilio. Hominum plerique caeci sunt; & inique ratiocinantur in iis, quæ ad ipsos pertinent; amor proprius rationis luminina infirmat, efficitque, ut saepe peiora sequantur. Abbas de Bellegrade in libris Moralibus cu veteri Testamento desumptis.

Correctio- nis defectum habet. ut peccato- rum nota est.

Superbia efficit, ut utique le- tatus an- timo corri- piamur.

Udenam hominum plerique, qui tanta cura suis negotiis invigilant, nolunt tamen se corrigi, ubi deliquerint? Cor eorum intumescit, ignis exardescit in faciem, & eorum certissimum lubit odium, qui illos corripere veliti: videntur metuere, ne sibi error auferatur. Major vis requiritur, quam vulgo in hominibus addit, ut æqui, bonique faciamus corripiendi verba, atque bona fide fateamur; nos fuisse deceptos. Salutaris monita, quæ nobis afferuntur magnæ sunt utilitatis, vel ad Dei gratiam salvandam, vel ad eam recipiendam ubi fuerit amissa; & hoc in sensu, qui ferre nequit correctionem; contemnunt animam suam, quemadmodum loquitur Sapiens. Idem.

Quantam dexteritate opus est, ut hoc opus delicatum adeo perficimus? Qua prudentia usus non est Propheta Nathan, ut Regem David contineret? Ipse etiam David erat Propheta: sed simul erat, & Rex, eaque proponenda fuit parabola, quæ nullum præferre videretur characterem increpationis, qua ille Regem erat objurgaturus. Principum vitorum quis hac in re calamitosior est, quam pauperum, quibus sine furore veritas nuda proponitur. *Blasphemum est illis, ut audiant viritatem.* S. Augustinus ajebat de hujus terre dicitibus verba faciendi. *Desumptum ex hujus argumenti homilia primum recitata, mox edita.*

S. Joannis Baptiste prudentia in sequentibus praesertim circumstantiis emittisse mihi videtur. Primum in hoc quod Herodem seorsim corripuit, & ad illum non ad alios locutus est, neque alienis auribus Regis scelera recitavit; dicebat Herodi: quo pacto diligenter adimplevit, quod a Salvatore præcipitur: *Corripe inter te, & ipsum solum.* Alioquin enim si alienum crimen in vulgus proferes, hæc non erit amplius correctio, sed difamatio; lædes charitatem, charitatis actum cupiens exercere, tuæque imprudentia efficit, ut abiciatur correctio tua. Peccantem sapienter alloqueri temperamento, ac fludo illi poenitentiam non confusionem ingere. *Intendens correctionem, parcens pudori,* inquit Augustinus *serm. 16. de Verbis Dom. Cave, ne illius scelera alii enarres; alioquin illi demum dices, non corriges; accusabis, non curabis.* *Curare volo, non accusare.* Secundo S. Joannes Herodem corripiens modesta æque ac leni loquendi ratione usus est, sine declamatione, sine furore, sine acrimonia, sine elato vocis tono; dicebat Herodi. Tercio Sanctus ille Praeclarior correctionem paucissimis verbis complectitur: *non licet tibi: tria illi verbis sufficiunt.* Præfecto magna, prolixæque declamationes, exprobrationes illæ, quæ nullum inveniunt finem, minæ, atque animadversiones dei illi Dei, de turpitudine, funestique effectibus peccati non aliud efficiunt, quam reprehensionem, quæ per seipsam satis est amara, & molestia, majorem molestant, & amaritudinem addere. Hoc autem nonne idem est, ac efficeret, ut qui corripuit in nosipsum succenset, & nequior fiat, cum meliore rudem efficeret, inquit S. Augustinus *Ne quem vis facere correctorem, facias peiorem.* Hujusmodi ergo redargutiones, atque animadversiones, ut plurimum, in tempus magis opportunum sunt rejiciendæ. In eadem homilia.

Peccata, quæ in Scripturis correpta videmus, ut plurimum, habitus sunt quæsi David, & Herodis; corripi enim pro peccato, quod vix patrum est, & cum nimis violentus affectus est, nonne hoc est ulcus abscindere, quod nondum maturatum est? Præbe igitur aliquid tempus considerationi, & religioni; forsasse qui peccavit respiciet, atque utiliter respiciet. Denique correctio potissimum respicit peccata, quibus adheret scandalum, quæ alii sunt pernicioisa, & quibus praesertim invigilare, ex iustitia Superiores debent, eaque frangere tenentur. Talia, vel similia, ut plurimum, erant peccata, quæ per Prophetas corripiebatur Deus. Non ideo dixerim his minoræ æque esse animo ferenda, illa quidem corripienda sunt, neque hæc negligenda: sed certum est in utriusque corrigendis plerumque esse præcedendum, & quamplurimas esse res correctione dignas, pro quibus tamen satis esse debet lacrymas, & preces effundere. Etiam velle ea omnia, quæ committuntur, errata corrigere, hic sane zelus effectus æque periculosus, atque insipientis. In eadem homilia.

Ceterum tu, qui corripis alios, nisi hoc propter dignitatem efficere potes, saltem ea nota probitate, atque irreprehensibili vita auctoritatem obtinuisse debes; alioquin enim correctiones tuæ ferre semper inutiles erunt fratri tuo, & noxios honori characteris tui; si quem obinos, praesertim vero si Ecclesiasticus

Qui corri- piat alios ipse sit culpa vacuus.

Hondry Bibl. Tom. I.

cam vitam profiteris. Ad te enim ea spectantur Scripturæ verba: *Peccatori dixit Deus: quare tu enarras justitias meas, & assumis Testamentum meum pro os tuum.* Verba pietatis cum vita tua non congruunt, Sapientes correptiones suas improbum vivendi genus mentitur, & quod tu ipse contemneris, veritates, quæ prædicas, in jocum traduntur. Qui alios reprehendit; ipse irreprehensibilis sit, oportet; alioquin dicitur illi: *Medice cura te ipsum.* Et ipse corripens erubescet, quin illi, quem corripit, ruborem incutiat. Ne me redarguas, in-docilis inquiet, quod mundum diligo, quod opes congero, quod fortunam aucupor; fateor quidem in hoc nocens sum, tu vero plurimis alii de causis nihil es innocenter. In eadem homilia.

Qui pravo genere vivendi scandalum offerunt, non semper eo insigniti sunt caractere, ut nobis eos corripiendi libertas auferatur. Liceret nobis, quin prudentiæ, atque reverentiae deferemus, ipsis suam ostendere improbitatem. Non difficile esset nancisci occasionem eos alloquendi, ut citra aliquod dedecus illos corripemus; frænum, quo retinemus, nobisque claudis os, profecto non est charitas. Nostrum est invigilare subditorum moribus, & quantum in nobis est, eos sanctificare, qui chari sunt nobis; cum autem dicit, se immiseri nollet illis, quæ ad te minime ausim. Non male cogitamus de actionibus religioni, virtutisq; contrariis; ideoque ignorantia eorum, quæ dicenda essent, utilis est excusatio. Non desunt adeo aperta facinora, quæ de sua nequitia nullam relinquunt dubitationem; ita lex, quæ nobis irrogata est, ut animas de perditionis via monitis nostris revocemus, facillime adimpleri possit, si Deum metueremus, si zelo gloriæ ipsius effemus succenset. Dicamus ergo, a nobis infringi præceptum correctionis fraternæ, quia alia ipsius præcepta infringuntur a nobis. Si fidelem eidem præstitimus obedientiam, æque fortes essemus, ut alii testari possemus eum dolorem, quo propter ipsorum legis inobedientiam afficimur, Erubescencia peccandi remota ad admonitionem, cujus debitores sumus peccantibus. Non curamus illos revocare ad officium, eo quod cognoscimus nos quoque alieno indigere subsidio. *Liber, cui titulus. Remarques sur divers sujets de Religion, & de Morale.*

Si in proximo defectus quosdam invenio, neque ea mihi charitas est, & humilitas, ut credam me decipi posse, cur tanto ardore, tantaque festinatione adnor, ut illi mortalibus omnibus compertis fiant, atque explorati? Nullus verus esse potest finis charitatis zelus. At dic quæso, ex virtute procedunt omnes illæ cura, quas impendis, ut irastrum tuorum errata detegas, & deinde vituperes? Ingentes defectus habent, inquit: verum nihilne boni in ipsis inest, quod proferre possis, ut reprehensionem tuam aliqua ratione demulceas? si quid recte factum intueri potes, cur mala tantummodo vides? Ea vero sensibilibus lætitia, & secreta voluptas, quæ alios obsecros, despectuose vides, eane effectus est puri zeli, & christiana charitatis? Nullumne periculum subest, ne imprudens ille fervor, propter quem proximum cum scandalo, atque rumore reprehendi, zelus hic inquietus, acer, amarus sit affectus quidam personatus P. Croiset in Considerationibus Spiritualibus.

Quenam illi privato homini, qui, cum debeat suam tantum vivendi rationem castigare, vacat iis detegendis, quæ reprehensibilia esse possunt in aliena; quin intra domesticos parietes seipsum contineat iuxta Apostoli consilium, atque in id operam omnem tranfmitat, ut per se status sui persungatur officio? Jugibus prosequatur lacrymis morum sæculi licentiam; & cum in singulos dies magis se abdat negotiis suis intentus lucro, & contra sibi aberatos asperissimus, cumque subita exardescat ira adversus eos, a quibus lacessitur, postulat, ut omnium mortalium genus reformetur, ipse vero seipsum reformare non cogitat. Minus ostendenda pietas est, minus acrimoniæ requiritur, minus furoris in zelo, & plus integritatis, plus bonæ fidei, plus justitiae, plus bonæ charitatis, sine qua maxima quilibet virtus illusio est? Idem.

Avvertat Deus, quod licentiam sæculi probare De publicis velimus, atque sub ignavæ blandæque charitatis prætextu vitio velimus velificare: tanta hæc temporum, morumque licentia, sane defenda est. Verum enim vero cum hæc tibi demandata non fuerit Provincia, ut alienos defectus censoria nota

Falsus ze- lus sele- plerumque aliorum immitte- correctio- ni.

De publi- cis malis non con- querendum graviter.

castiges, cur tanto cum strepitu queris? cur tanta cum acrimonia, ex amaritudine corripis? Teipsum ad frugem revocare incipe, atque tunc hoc solatium habebis, te efficaciter ad morum reformationem adlaborasse. Idem.

Metus quaedam est via, qua Deus jubet Superiores uti; ut eas in officio contineant, qui sibi subditi sunt; impunitas vero sons est inextinguitus visus omnium, & flagitiorum. Certissimum est, quodquidem hoc aeterna veritas docuit, ubi minores defectus corrumpere negligimus, fieri nequam posse, quominus majores accidant; & si alius repentina esset origo malorum in legibus violatis, vel remissa mandatorum observantia, inveniremus sane primam tor malorum causam fuisse Magistratum, Dominorum, atque Superiorum incuriam, qua in eos animadvertere neglexerunt, qui ab officio recesserunt. Abbas Trappensis, Tomo 1. Dogmatum Christianorum.

Si diligentius ad examen revocare velimus rationes, propter quas nonnulli conqueruntur de pravitate actionibus, quarum testes sunt, & quas propter caritatem suam dissimulare non possunt; inveniemus sane, eorum indignationem nequaquam ob illud inflammarum, quod majori reprehensione dignum est. Deus scelere offenditur: hac ea causa est, propter quam ante aliam quamlibet considerationem scelus fidelem animam irritare debet. Pater corripit filium ob factum aliquod, quo divina precepta laeduntur. Verum prima corripientis intentio eane est; ut nocentem sanctificet, atque ad Deum revocet? Si patiebatur, ipsum affectibus incompositis rapi, turpe illi fuisset, videre in se recidere infamiam scelerum, quae permisisset, ad afflicturam acri dolore ob Deo illatam injuriam? Nonne magis afficeretur, si filius hic infirmitatem sua indignam fortuna decideret, vel mortalium omnium contemptum sibi constaret? Amicus testatur amico dolorem, quem sibi illius afferunt scelera. Si ullam habet divini honoris rationem, maxima afficietur molestia & vix fortasse lacrymas continet; amici sui bonis exillimatis, temporalia negotia, decor, necessitudinis illius, qua simul conjuncti sunt, omnem vigilantiam, omnemque amiciciae lux zelum exhauriant. Superior aberrantem corripit subditum; virtus illius efficere debet, ut oderit eam perfidiam, qua tantam divinam misericordiam infert injuriam; verum factis probabile videtur, regimini sui felicitatem, metum, ne aliqua auctoritati suae laes inferatur, quorundam temporalium bonorum jacturam, non modicam habere partem eo in motu, qui eundem ad corripiendum impellit. Correctio sane magis efficax est, si est magis christiana. Hoc sane est Deum negligere, illius ea in actione oblitisci, in qua gloria ipsius tanto dedecore afficitur. Liber, cui titulus; *Remarques sur divers Sujets de Religion, & de Morale*.

Reprehensio illius qui nobis melior non est, commendanda non est.

Qui corripit, de vitiis odiosè offendit; qui vero corripit, se illud nequaquam odiosè demonstrat. Uter horum majorem praefert sapientiam? Non curo, quinam sit, qui me corripere velit, hic meliores sane sensus habet, quam ego; ille quidem æquus, atque, ut christianum hominem docet, de iis defectibus cogitat, quibus obnoxius sum, & quos & agnoscere, & relinquere vereor. Quicumque aliquis sit corripientis caracter, illius lumina in pretio habere debent propter eam, quam inde possum percipere utilitatem: neque de illius correptionibus conqueri possum, quin pejor siam. *Qui est iisdem teneatur crimibus, certe in eo melior est, quod sua ei mala non placeant.* Hieron. Ep. 4. Idem.

Preceptum, quo fratres jubemur corrigere, ex illis profecto est, qui minus observantur: licet illius observantia non adeo infrequens esse debere videatur. Nofmet prohibere non possumus, quo minus vitium damnemus, quod exerceri intuemur; non igitur ob luminis defectum tacemus, cum alienorum criminum testes sumus. Immo, neque videtur, non satis liquere nobis, utrum crimen dammandum sit: ergo silentium nostrum effectus non est impia ignorantia; si qui flagitioso vivendi genere nobis scandalum afferunt, non semper eo sint caractere insigniti, qui nobis corripiendi libertatem eripiat; nobisque liceret, incolumi reverentia, atque sapientia illis oculos suos scelus statueret. Levi negotio nancisci possemus loquendi occasione, ut illos corripere, quin dedecore eisdem acceremus; caritas non est iratum, quod nos contineat, nobisque os claudat. Nostrum est subditorum no-

strorum moribus invigilare, & quantum in nobis est, eos qui chari sunt nobis, sanctificare: at alienis immiseri nolle negotiis, inaniter praetextus est, quem asserere non auderemus. Non male cogitamus de actionibus religionis, virtutibus contrariis: ideoque eorum, quae a nobis essent dicenda, ignorantia fuerit excusatio. Si dicimus incertum esse judicium, quod in corripendum serimus, nos ipsos edicimus; non enim desunt aperitissima crimina, de quorum nequitia nefas est dubitare. Si rationes, quibus impulsu fuimus, cum renuimus proximorum nostrum corrigere; uti debebamus, adeo palam suam, & fallaciam, & infirmitatem praefereunt; lex nobis irrogata, ut monitis nostris animas de via perditionis eripiamus, ne illa quidem potest impleri, si aliquis Dei metus, & gloriae ipsius zelus nobis inest. Dicamus ideo a nobis correctionis fraterna preceptum infringi, quia alia etiam Dei precepta contemnimus. Si fidei obedientiam obsequeremur Deo, satis constantia nobis presteret, ut testemur aliis, eum dolorem, quem ipsorum nobis adhibere inobediencia. Pudor male operandi prohibet, ne malum operantes redarguamus, uti par est. Non quipsum quomodo alios in ream virtutis viam revocare possumus: quia, & nosmetipsos hac monitione indigere cognoscimus. Vanitas nostra metuit, ne asseratur: extinguit in nobis charitatem hanc, quae fratrem nostrum posset humiliare. Non agra illum corripere, ut vitam homine christiano dignam duceret, si nos ipsi christianam vitam sequeremur. Idem.

SUPPLEMENTUM.

Correctio Fratrum.

APostolos fideles omnes hortatur, ut ranciam erga fratres christianam charitatem, verumque habeant zelum alienae salutis. Fratres, inquit ille, si quis ex vobis a recta via deest, et ab aliquo ad eandem revocatus fuerit, noverit, hominem qui ab errore suo peccatorem revocaverit, salvam futuram animam illius a morte aeterna, & cooperituram multitudinem peccatorum: Et operiet multitudinem peccatorum: Videlicet ille qui peccatorem ad salutis viam revocaverit, eandem adipiscetur gloriam, quam si salvam fecisset animam, & a Dei misericordia facie priorum peccatorum veniam consequetur. Hoc ipsum scribit S. Paulus ad Timotheum: *Hoc enim sapiens, & te ipsum salvum facies, & eos qui te audiunt.* P. Croiset in *Alcetiis Exercitiis*, Tom. 4.

Aliena vitia intuemini non quidem irato animo, sed misericorditer; neque illa ipsa excipio, quae vobis nocuerint: e contra pro his magis, quam aliis, vos adhaerere volo, ut penitus a corde vestro exulet quaecumque acrimonia, indignatio, amaritudo. Si igitur frater tuus te laesit, vel tibi scandalum intulit, vade, ac privatim illum de scelere redargue; verum cum non aliud tibi spectandum sit, nisi ut lucreris illum, lenibus, blandisque verbis illum alloquere; fume tibi comoda fandi tempora, ne videaris illi dolorem velle inferre, negotium illi facessere, confundere illum, sed curate, & te magis dolere vicem illius, qui tantum tibi peperit damnus, quam tuam, qui injuria affectus fuisti. Nemo charitatis sensus inspirat, nisi qui iisdem repletus est. Lenis correctio, benevola, opportuna instituta semper est salutaris; cum e contra quae cum acrimonia, & ira, vel impotente peragitur, avertit animos, atque exasperat. Agnoscat fortasse peccator injuriam, damnabit peccatum; sed superbus ille modus, ac durus, quo corripitur, efficit, ut illum tueri velit, ac propugnare. Paucissimi non aquissimum ferent animo correctionem, si semper, uti par est, illi comes accederet lenitas, atque caritas. Hujus rei illustria nobis proposita exempla JESUS CHRISTUS, qui potissimum vult correctionem clanculum, remotionisque arbitris esse faciendam; *Inter te, & ipsum solum.* Idem, Tomo 2.

Si quidquam privatim conatus est, ut fratrem ad officium revocaret, pergit Salvalor, irritum fuerit; dic Ecclesiae; Praefatus certioris fac, & nisi sese conegerit, si in suo errore persistere, si optinam hanc parentem non audierit, tibi sit tamquam Ethnicus, & Publicanus. Quot facienda sunt Christiano, antequam pure possit cum amico suo amicitiam discutere, vel ab illa discedere; scitis quidam interpres ait! Primum quidem illum privatim perquirere debet; mox coram sapientibus aliquot viris, quorum ope cum lucrari adnatar, & qui testes sint, nihil

Correctio Fratrum est magis Charitatis erga proximum amicum, qui a sceleribus suis revocatur. *Timo. 4.*

Quo spiritu inspicenda sit proxima, & quo pacto corrigenda.

Ejusdem argumenti.

ad id fuisse praetermissum. Denique Ecclesiam debet arcescere ob hanc, quam cupit, mutationem obtinendam. P. Croiset. *Ibidem*.

Agnoftendum est peccatorem incertum, atque incertum esse opus sollicitudinis.

Lenitate potius, quam vi permovendi illi sunt, qui sunt ad virtutem revocandi; sed quannam tenenda via sit cum illis, qui ingenio sunt pravo, non satis liquet; quos palpas, quam durisculis tractandi sunt, malum eorum nonnisi ex dimidio curatur. Si gravior invehitis in illos; correctionem fastidiant, ut animum despondant; infringunt vincula sua, neque ultra de remediis verba sibi fieri patiuntur. Plurimi extrema quaeque ausi sunt, quia pro criminum magnitudine se punientes esse intellexerunt. Non semper opere pretium est aptare penas peccatis; sedulo inspiciendi sunt peccatorum animi, ut liqueat qualiter affici sint, ne quod scilicet sum est sarcire cupiens, deteriore parias scissuram; videlicet ne quin attollas, qui cecidit, in profundum dejicias. Si cum omnibus leniter agas, si firmum, & sine sensu conaris pervadere animum infirmiorum, quos voluptates molliunt, vel quibus generis nobilitas, & opes superbia fudent, hac ratione fortasse persuadere poteris, ut vitia sua abeant; sed si illos severius, ac imperiosius tractare ausus fueris, nullum ex correctionibus tuis fructum percipient. Ubi reverendè cancelli superati sunt, ad impotentiam deveniunt; nemo blanditis, minis, beneficiis se flecti sinit; ruunt in omne nefas deterius, quam illi, quibus Propheta exprobrabat, quasi frontem haberent mætricum, & pudorem omnem excessissent. *Ex Opusculis S. Chrysolomi*.

Difficile est bene correctionem facere, & temperare.

Praecipit Apostolus, quomodo nosmet gerere debeamus erga eos, qui labuntur, dicens correctionem non esse omnino necessariam; neque enim in Coelo futura est, ubi nihil erit corrigendum. Supponit ergo vitium aliquod in eo, qui corrigendus est. Bene corrigi difficile est, quod bonique eam facere difficultas; quapropter S. Augustinus de S. Paulo, qui S. Petrum corripuit, verba faciens, docens laudabile, & majus opus esse correctionem haud gravate ferre, quam habere corrigendi fortitudinem. Simpliciter fideles hoc non tenentur obire munus, & superant vel commune lumen, vel vocacionem communem fidelium. Nox igitur, quarum correctio quodammodo ad Christianos omnes pertinet, quin ad illi indigeant peculiari munere, vel missione, sunt noxae, quae admonitionem dumtaxat requirunt, & quae in illis remanent, qui eas commiserunt, cum sincera voluntate sese corrigendi, ubi fuerint admoniti. Demum errata sunt ignorantia, vel quae inopinato accidunt, quemadmodum ostendit Apostolus his verbis. *Si praecipit fuerit bono in aliquo delicto; vos, qui spirituales estis, huic delicto in fratre in spiritu lenitatis.* *Tournensis in Anno Christiano*, Tomo 10.

Verba quaedam sunt corrigendi.

Quibus alii corrigendi sunt, cavendum est, ne quid sui immiscerent ingenii, sed ut omnia peragant in spiritu lenitatis. In hoc praesertim sequi opus est Spiritum Dei, qui animatur. Qui omnes humanos motus excludit, verbo lenitatis, excludit etiam motus zeli ardentis, qui cum in aliis occasionebus boni esse queant erga peccatores alios, non sunt tam accomodati illis, qui per ignorantiam, vel casum peccaverunt. Accidere potest, quod opere pretium esset vehementius loqui, sed optimus omnium canon est, submittere verba statui eorum, qui sunt corrigendi: Interiori vero corrigens habere debet cor amore, & caritate plenum erga fratrem, qui lapsus est. Ama, S. Augustinus ait, & dic, quidquid volueris; quod contumeliosum videbitur, tale non erit, cum in corde tuo nil erit, nisi desiderium salutem fratris tui procurandi. Omnia igitur in hoc sita sunt, ut adfir tibi caritas erga fratrem tuum; efficiat haec ut superes repulsa, & contradictiones, quae in hujus officii praxi occurrunt aliquando, ac eas in optimum usum convertas. Sed nil magis teneram hanc, & commiserantem excitat charitatem, quam nostri periculi consideratio. *Tournensis in Anno Christiano*, Tomo 10.

Exempla correctiois coram, qui diligit, & quatur.

Duo pulcherrima exempla, quibus in Scripturis docemur, quomodo corrigendi sunt illi, qui amantur, nobis praebentur a Joseph, & Moysè. Joseph quidem erga fratres suos docet quomodo ipsi pares sine invidia corrigere debeamus: Moyses vero erga populum docet, quomodo sine dardata inferiores nostros corripiamus. Plorat Joseph corrigens fratres, atque offendens crimen, quod commiserunt: huc est miseratio, quam erga pares excitat benevolentiam. *Hoadry Bibl.* Tom. 1.

tia. Moyses mori vult pro populo, & nihilo fecius in illum animadverit; hac caritas est, quam amor ciet erga inferiores. Joseph erga fratres simular iracundiam, eisque parci: Moyses erga subditos, illos punit, & pro illis a Deo veniam deprecatur. *Abbas Boileau in delictis sententis*.

Ad amicos pertinet fraterna correctio eo potissimum jure, quod hac in re nihil e sententia potest contingere, nisi adfir amicitiae significatio. Remedium hoc violentum est, leniendum est: quis vero melius faciat, amico? Inciso est cum dolore conjuncta. Qui melius agra preparare potest, quam qui neque scalprum, neque novacula m ostant? Amicitiae est excogitare hac adeo necessaria temperantia, sed aliis in occasionebus adeo difficilia, & inutilia; nam undenam sit, ut adeo paucis haec beneverant? Hac est causa, quia putant, illos corrigere potius, ut suo parent ingenio, quam ut meliores efficiant, quos corrigunt; quia seipfos non consulunt; si hominem hunc ita aggrederet, vel ita, nonne illum lucraret? Quia respiciunt, tamquam homines, qui cauterantur, & exacerbati habentes animum in alios bilis suae amaritudinem exonerant; quia corrigentes non norunt, vel non praesolantur commoda fandi tempora, quibus monita, & correptiones facillius admittentur. Sed cum adest sincera, & vere christiana amicitia omnes hujusmodi obices facile auferuntur. Amicus apud amicum omni vacat suspicione; remotis arbitrariis corripit, utiturque libera, honestaque familiaritate. Amici rationem habet, eique ignoscit; cumque illius ingenium caleat, ea eligit ad corripiendum momenta, quibus majorem valeat referre utilitatem. *Idem*.

Sunt, qui correptiones suas, ac reprehensiones, quae difficillime sunt Concionatorum partes, tunc peragere differant, cum de suggestu incaluerunt; & fervor capiti accessit; & hinc satis crebro accidit, id, quod alio tempore fervor vocandus esset, potius in furorem migrare, & mentis insaniam; nam nimia loquendi, pugnandique libidine, bilis acriatur potius, quam zelus; & Deus, ut sapienter animadverit Philo Judaeus, interdicto caverat, gravissimis penis propositis, ne Sacrificia, & Holocautamata elementari, profanoque igne abumerentur; videlicet correptiones in aestu cupiditatis, & iracundiae peractae aprioris sunt ad animos exasperandos, quam illos in ream viam revocandos. Ita ignis hic, qui olim de coelo descendit, Sacerdotum ministerio alebatur, videlicet zelo honoris Dei, & salutis proximi. *Ex Traictatu Italio, cui titulus: l' Eternitè Consignata*.

Prudentia omnino requiritur in correptione fratrum, quae si illa deesset virtus, feret non inutilis solum, verum etiam noxia. Ira Salvalor nobis hujus modum traditurus, huic muneri adnotandum illud praestigium verbum: *Attendite*. Animum advertite ad id, quod estis facturi, sic enim in vitæ est occasio, ubi ad examen rite vocanda fit necessitas, & effectus ejus rei, quam aggredimur; sane hoc vel in primis curandum est; Si tanta adhibenda est attentio ne caro viva laedatur, cum caro mortua abscindenda est, quantum precautionis asserendum est, cum cordis nostri concupiscentia sunt refecandae? Quanam dextera tendendum est, ut operatio admodum delicata fiat? Quanam prudentia usus est Nathan Propheta, ubi Davidem corripere voluit? Illi proposuit parabola m *De la Chetardie in quadam Homilia*.

Cum fratrem corripis, primum *Corripe inter te, & ipsum solum*, ita enim diligenter exequeris quod in hujusmodi occasione praecipit Salvalor. Alioquin si crimen ejus evulgaveris, haec non erit amplius correctio, sed diffamatio. Laes charitatem volens charitatis actum exercere; imprudentia tua fiat, ut rejiciatur correctio tua. Illum alloquere cum modo, cura in illo cetera poenitentiam, non confusionem, juxta S. Augustini monitum; cave, ne ipse illius vitia aliis aperias, hoc enim est diem illi dicere, non eum corrigere; accutare, non curare; idem S. Pater ait. *Idem*.

Samuel corripit Saulen pauca illi protulit verba: *Quid fecisti? Stulte egisti*. Et profecto prolatae declamationes, atque exprobrationes nullam habentes finem; minae, & considerationes de ira Dei, de peccati turpitudine, & effectibus sepe correctionem molestam efficiunt, cum per se jam fit satis amara. Nonne hoc est illum, qui corripitur, urgere, ut in te rebellet; & nocentior fiat, quem effecere cupis probiorem? Ne quem vis facere correctiorem, facias pejorem. *Idem*.

Ad amicos potissimum pertinet fraterna correctio; quia exte- ris quibus- cumque huic aui- nori sunt aprioris.

Ad proximum cum fructu corrigendum modus servandus est.

Fraterna correctio si cometer debet prouidentia.

Correctio primum leniter est se debet *Matth. 18. 15.*

Paucis faciendū est. *1. Reg. 12. 11.*

Moderata esse debet, & cum causa.

Injustitia est alios corrigere, & ubi pariter.

Rem. 2.

Etiamdem

Eccl. 18.

Eccl. 34.

Ut Corro-

Corro-

Constat, & id satis docet experientia, correctio-

Se mentis parum sanæ ostendit, qui minora fr-

Quandiu nosmetipsos negligimus, quam utilita-

videntes se corrigi a nequioribus se. Ante iudicium

De correptione idem sentiendum, ac de auxilio,

Quidquid dicitur aut sit magno cum impetu,

nuntur, immittitur in illos veterum preoccupatio-

Monita, quæ nobis præbentur beneficii loco ha-

Alienos mores reformare velle, quin de nobis-

Nihilominus laude dignum est fratres nostros, si

Non omnia tempora, neque loci omnes apti sunt,

Ut cum fructu fratris munere perfungamur?

Ratio bo-

Quomodo

Si alio

Si alio

Si alio

Si alio

Si alio

Si alio

Si alio

Si alio

Huiusdem

Argumenti.

Quomodo

Si alio

Si alio

Si alio

Si alio

Si alio

Si alio

bitur fortasse erimen suum seorsim correptus, qui

Ut a fratre audiaris tibi prudenter, ac leniter

Non desit zelus proximorum vitia corrigendi;

extinctæ quippe charitatis indicium est, si desideret

Praefere Corporei, aut Communitati? Indefesso

tibi zelo opus est, ut nec admittas, neque patiaris

Monitum

Verum est, variam esse Curiositatem hanc pro varietate objectorum,

lenis, beneficus, charitate plenus; fallitur, qui sibi

Est t oportet tamquam plium medicum erga

Correctio lenis, & cum Charitate conjuncta, nec

Quomodo hodierna die inter fideles hic discipli-

Monitum

Verum est, variam esse Curiositatem hanc pro varietate objectorum,

Quo fieri

Si casillo

Quomodo

Si alio

Si alio

Si alio

Si alio

Si alio

Si alio

CURIOSITAS, DISSIPATIO SPIRITUS, EFFUSIO CORDIS, IN SUIS OFFICIIS INCURIA &c. MONITUM.

Etiam si titulus hic satis aperte praefereat, de quo istic agatur, opera tamen pretium reor admo-